

Expositio bti Dre gorii pape super Cantica cāti corū Parisijs nuper impressa



Prefatio beati Gregorii pa pe super cantica canticorum feliciter incipit.

Prologus



Uia si ceco si longe a deo posito cordi
sermo diuinus voce propria: ac voce
diuina loqueretur: non caperet. Per
quedam enigmata misericorditer mo
net et reuocat et per res notas laten
ter ei amorem rex non notar vel sic
insinuat. Per hoc enim q̄ non horret co
gnitum intelligit quoddam iucognitum.
Rebus notis allegorie consciuntur: q̄
in sententias diuinias vertuntur: vt dum recognoscim⁹ sena
su exteriora: intellectu perueniam⁹ ad interiora. hic est q̄
in libro hoc q̄ canticum canticorum inscribitur: amoris quas
si corporei verba ponuntur: vt a corpore suo anima: per ser
mones consuetos discussa recalesceat: et per verba amoris
qui infra est: excitetur ad amorem qui supra est. Nominatur
enim hic oscula: vbera: gene: femora. Ubi nō irridenda
est sacra descriptio: sed consideranda misericordia dei. In
hoc etiam amplior: quia dum membra corporis nominat:
sic ad amorem nos vocat. Notemus quidem q̄ mirabilis
ter: q̄ misericorditer nobiscum operatur: qui vt nos ad
amplexus sacrí amoris accendat: vsc⁹ ad turpis amoris no
stri vbera se inclinat. Sed vnde se loquendo humiliat in
de nos intellectu exaltat: quis ex sermonibus huic amo
ris discimus: qua virtute in diuinitatis amore ferueamus
hic etiam solerter intuendum est: ne cum exteriora audiz
imus ad exteriora sentienda remaneamus et machinas que

Prologus

Ponitur ut leuet: ipsa magis opprimat: et aggrauet. Debe mus in verbis exterioribus corporeis quicq; interiorius est querere: et loquentes de his extra corpus fieri debem⁹: ad nuptias sponsi et spouse cum intellectu charitatis: id est cui yeste nuptiali ventre: ne nisi ista careamus: ab hoc qui in interioribus tenebras id est in cecitate ignorantie repella mur. Debemus per verba passionis transire ad virtutem impassibilitatis. Littera enim occidit: spiritus vivificat. Sicut enim palea frumentum: sic et littera tegit spiritum. Sed quia iumentorum est paleis: hominum frumentis ve sci qui humana ratione vtitur paleas obliquit: frumenta spiritus edere disponat humane conuersationis verba au dientes: quasi extra humanitatem esse debemus: ne si hu maniter qui dum audiuimus capsumus: nihil diuiniter de his sentire possimus. Qui enim deum sequitur imitari debet quotidie resurrectionem suam: ut sicut tunc nihil pass sibile habuit in corde: ut secundum interiorum hominez iam no ua creatura sit: sic iam quicquid: yetustum sonuerit calcet: et in verbis veteribus solam vini nouitatis inquirat.

Attendendum est: q; liber hic non Canticum: sed canticorum canticum dicitur. Tanto est enosbus canticis sublimius: quanto in nuptijs sublimioris festivitatib; offertur. hic notandum est quia quando vult timeri dominum: qua do vult honorari patrem: quādo amat: spōsum se nominat domin⁹. Attende ordinem. Ex timore enim honor ex hono re solet procedere amor. Nec vacat a mysterio: q; liber hic ternus ponitur in operibus salomonis. Post proverbia enim ecclesiastes: post ecclesiaste canticus cantorum nō casu: s; plena ratione posuit. In puerbijs moralis vita exprimitur: cum dicitur. Audi fili misericordiam. In ecclesia ste naturalis: vbi finis omnium consideratur: cum dicitur Vanitas vanitatum et omnia vanitas. In cantico vero cantorum contemplativa vita exprimitur: dum in eo ipsius domini aduentus et aspectus desideratur cum spouse voce dicitur. Osculetur me osculo oris sui. Quia ergo naturalis ad considerationem non perducitur: nisi prius mortalitas teneatim recte post proverbia ecclesiastes ponitur. Et quia superna contemplatio non conspicitur:

Expositio bti Gregorii pape.

nisi plus hec infra labentia despiciantur: recte post ecclesiastes canticum cantorum ponitur. prius quippe est mores componere: postmodi ois q̄ sunt tanq̄ non sint considerare postea munda acie superna: et interna cōspicere. hos ergo librorum gradus q̄ quandam ad contemplationem del scalam fecit: ut dum primum in seculo bene geruntur hos nostra postmodum etiam honesta seculi despiciantur: ad extrellum vero dei intimam consipientur. Sic autem generliter ex voce sancte ecclesie aduentus dñi in hoc opere prestatolatur: ut etiam specialiter vna queq; alia ingressum dei ad cor suum tanq̄ aditum sponsi in thalamum aspiciat. Ita q̄ sancta ecclesia diu prestolans aduentum domini diu sitiens fontem vite: quomodo oportet videre presentia spōsi sui quomodo desideret dicat.

Explicit prologus

Expositio bti gregorii pa- pe super cantica cantorum feliciter incipit. Capitulum. i.



Sculetur me oscu-

lo orissui) Os spōsi inspiratio chri-
sti. osculum oris: dulcis amor inspira-
tionis. Dicit ergo sponsa desiderio
estuans et in amplexum sponsi sui ar-
descens Osculetur me osculo oris sui.
Ac si diceret Ile quem super omnia
imo solum diligo: veniat q̄ dulcedine
sue inspiratiōis me tāgat q̄r clū ei⁹ osculū sentio: subita limita-
tione me derelinquo: et in ei⁹ similitudinē illico liqfacta trans-
formor. Fastidit q̄ppē sc̄tā mēs ola q̄ corp⁹ s̄ētit et i illa spi-
ritualia tota trāsmutari sp̄cupiscit. Et dū ista obſtrepēt in il-
la fugit: seq; abſcōdere ne hec s̄ētiat: appetit Ideoq; osculū
spōsi q̄rit q̄ si illa gratissim⁹ amoris viculo hic n̄ trahit. hec vi-
lue molestissime grauendinis detenta quo se ad illū conferat
osno n̄ iuenerit. Sz pri⁹ xp̄s anxietatē ei⁹ s̄ētiēs: amorem dili-
gēs votū exaudiēs: osculū porrigit: et ne desiderio lacescat
Gustu sue suavitatis lenit: et dū suā p̄ntiā exhibet: eā ad ma-

Sup cātica cāticorūz. Ca.j.

ius dilectionis osculum accedit. Unde hec illum sentiens ad eum se conuertit: et quem presentem habet: mox gaudens voce mutata alloquitur et dicit.

¶ Text⁹. Qa meliora sūt vbera tua vino flagrātia vnguē his optimis. ¶ Ubera xp̄i dilectio dei ⁊ pximi. Ex his vbe rib⁹ spōsa suā lacte pieratis nutrit: ⁊ inter tētationū turbiznes his etiam fouet: et nutrit: et vt persistat reficit. Quid autē p vñtu: nīsi cura tpalis exprimit. A qua mēs secularis cuiuslibet inebratur: vt ad inuisibilā cognoscenda aut extoto: aut pene inuisibilis reddatur. Sed vbera sponsi vno meliora existunt: quia illud necat: hec nutriunt. Illud oculos mentis turbat: hec acut. Et illud apostatare facit etiam sapiētes: hec ipsos idiotas vtq sapientissimos faciunt. Que quot vicibus sponsa cum dilectionis vbertate fugit: tot sententias sapientie in ventrem memorie trahit. Charitas enīctā cor pacificat: mētē in temptationib⁹ roborat: et vt sedes sapiētie sit aia iusti: quietē tribuit: et locuz preparat.. hec vtq vbera vnguētis optimis flagrāt quia odorē suavitatis p sapiētie verba: ⁊ sanctitatis exēpla secū portant. Quicuz enī sancta charitate p grāz dei se reficit is spiritualiū donorū et odore ⁊ suavitatē sentit. Quorū bonorum vbertate pximōs quosq ad interiora gustāda seculi trahit: ⁊ vt in amore dñinū qualescat: istis vberib⁹ nutrit.

¶ Textus. Oleū effusū nomen tuū. ¶ Nomen spōsi xp̄o est. Sed nomen sponsi quasi oleū effundit: quia quicunq noīe christiano in veritate censem: charitate sancta affluuit quamollunt: et vt flaminas exemplorum emitant: eadē charitate suffunduntur. hac charitate in amorem ipsius ch̄risti vehementius accendunt: et ab ipso accipiunt: quo ei sp̄lius inhēreant quo pfunduntur. hinc est quod sequitur.

¶ Textus. Ideo adolescentule dilexerunt te. ¶ Quid enī per adolescentulas: nīsi sancte anime designantur: que basi prismatis aqua p spiritu sanctu regenerant: ⁊ in nouā xp̄i vita per nouū testamentū transformant. Que propter olei effusione xp̄i diligunt: quia ad gratiam vocate in eo suavitatem vīte ppetue inueniunt. Pro cuius suavitatis dilectione oēs mundi fastus et dñitias respūnt. Sunt enim nōnulli qui ita deum diligunt: vt seipso contentant: in interio-

Expositio bti gregorii pape.

ra se rapiunt: ut deum inueniant. Et quia deus in superficie non iacet: meditationibus laborant: subtilissime cogitationes suas examinant: et lectionibus vacant: quod deus inuenatur omnimodo perquirere non cessant: hi profecto odore vnguentorum sentiunt: et olei infusione se inungunt: quod dum omnem putredinem viciorum absoluunt: et flores sibi inueniunt: quorum compositione suave oletia deo faciente conficiunt. Qui eiusmodi est desiderio estuat: et quasi nihil habeat semper maiora exoptat: et quia sibi virtus non suppetit: in deum inhians se trahi postulat dicens.

¶ Textus. Trahe me post te: curremus in odore vnguentorum tuorum.

¶ Non currit qui non trahitur: quia quem diuina gratia non adiuuat: molestia sue corruptionis grauatur. Gratia quippe diuina nos preuenit: et interiorum dulcedinem nobis ostendens de exterioribus nos compungit moxq; in illa transiens animus: pre eorum dilectione temporalia vilipedit. Ide ergo quia trahitur currit: quia vinculum amoris libenter sequens: gratie roboratus amore sine grauidine obstat: la omnia transit.

Nec numirum: cum vnguentorum odorem sequitur: et quod spiritualium donorum suavitatis sentiatur: quid est in hac tollitate cuius desiderio alia sancta sponsa Christi: ne in illa proponeret teneatur. Ibi quippe lenitate vnguentorum gaudet: et dum narib; discretionis spirat: charitas sibi suauiter olet. Hinc est: quod a singulari numero ad pluralem transit: quod in dilectione dei etiam preceptum quod de proximi dilectione nos amonet inuenit: quo instructus eructat nobis foras: quod sustinuit suauiter intus dicens.

¶ Textus. Introduxit me rex in cellaria sua. ¶ Quid per huius sponsi: qui rex est: cellaria intelligimus: nisi sancte scripture archana que sumus: nisi sancte contemplationis mysteria: quorum delicijs si recessimur mox conualescimus. In illa proculdubio quisque introducitur omnia temporalia mox contemnit: quia eternis ditatur. Ideo sequitur:

¶ Textus. Exultabimus et letabimur in te memoris verbis tuorum tuorum super vinum. ¶ Sancta annua sponsa existi

Sup cantica canticorum. Cal.

In sponsi sui deliciis exultat: dum corpora alia respuit: et in spiritualibus se occultat: eundemque sponsum delicias suas facit in cuius respectu mundana omnia non curat. Sed hec in memoria uberum agit: quia dum recolit quanta charitate christus eam dilexit: qui sanguine suo eam moriens in cruce redemit et quotidie eam in sinu ecclesie matris eiusdem sanguinis lacte nutrit: procul dubio magis ac magis in eius dilectione intendit. Quod lac bene super vinum dulce esse dicitur. Per sanguinem christi misericorditer educamur: qui per legis litteram severo prius constringebatur: per quam dilectionem adimpletur: quod dicitur.

(Textus. Recti diligunt te.) Soli utique recti christum diligunt: quia quicunque adhuc per distorta viciorum ex descendio currunt: dum in rectitudinis lineam semper offendunt: ipsum iustitie auctorem christum omnino diligere non possunt. Tunc vero homo vere per viam veritatis incedit: cum et opera virtutum exequitur: et tamen peccata semper agnoscit. Ideoque sequitur et dicit.

(Textus. Nigra sum sed formosa: filie hierusalem quasi tabernacula cedar: sicut pellis salomonis.) Nigram quippe et formosam sancta anima se bene dicit: quia semper et turpitudinem peccatorum perspicit: et inde illius iustitiae: quam in intumis videt: in exterioribus actibus secum solerter formam gerit. Que bene sicut tabernacula cedar nigra et sicut pellis salomonis formosa dicitur: quia in quantum tenebras mortalitatis portat: nigredine corruptionis sordidatur. Cedar enim tenebre interpretatur: salomon vero qui christum significat pacificus dicitur: formosam ergo se sicut pellem salomonis dicit: quia dum sanctos quosque qui ad imitationem christi se mortificant imitari non negligit: eorum utique pulchritudini per similitudinem se iungit. Ne vero proximi in eius nigredinem intendentles minus exempla bonorum eius ad imitationem diligent: turpitudinis causam satisfaciens ostendit: dum ab admiratione sua filias hierusalem repellit dicens.

(Textus. Nolite me considerare quod fusa sum: quia decolorauit me sol.) Per solem christus significator.

ag. iiiij.

Expositio bti Gregorij pape.

Sol ergo eam decolorauit: quia cōstum liber fulgeat anima
in cōparatione christi fulgorem amittit. Sunt quippe non
nulli: qui in hac nocte mundi velut stelle hostibus fulgent lu-
minaria proximis appareant: sed mox ut iusticie xp̄i se cō-
parant: quasi sine luce sunt: qui bene incomparabiliter pri-
us hominibus lucebant. Qualiter vero ad hoc peruenierit:
ut aliquantulum luceret: ostendit cum subiungit.

¶ Textus. Filii matris mee pugnauerūt cōtra me: volue-
runt mercedē in vineis.) ¶ Mater sponse sancta ecclesia: fi-
lii matris sancti apostoli extiterūt. Ante apostolorū quippe
predicationē pene totus mūdus rebellis extitit: omnis pe-
nas aīa idolorūm se cultibus sordidauit: et cupiditates scele-
ratas accumulauit. Apostolorū vero p̄dicatio superueniēs
etra omnes xp̄o pugnauit: in multis regnū demonū expu-
gnauit et regnū xp̄i: id est sanctam ecclesiā am plausit. Jun-
ctam ergo xp̄o et sanctificatam cōgregationem apostoli cu-
stodem in vineis posuerunt: quia primos credentes in ecclē-
sias per mundum vnt eas et congregarent et custodirent: di-
sperserunt. Cuius dispersionis causam ostendit dicens.

¶ Textus. Vineam meā nō custodiui.) ¶ Quid per vineas
singulariter: nisi iudea designat: que a se fideles expulit:
quia custodiri aspernabatur. Predicatione quippe expu-
gnata: et sponsa christi facta: anima dilectione ardet: et in-
quirendo eum quē diligit in intimis se exercet dicens.

¶ Textus. Indica mihi quem diligit anima mea: vbi pa-
scas: vbi cubes in meridie ne vagari incipiam per greges
sodalium tuorum?

¶ In meridie xp̄s sub umbra pascit et cubat: quis in refri-
geratione spiritu sancti sibi quasi requiem et pastum parat
Per meridiem quippe ardor viciorum exprimitur. Per um-
bram vero spiritualis gratie status designatur. Meridie
ergo seruente in umbra christus requiescit: quia dum in re-
probis estus viciorum flagrat: ipse sponse sue spiritum res-
frigerū tribuit: et in ea sibi delectabilem locum quietis ef-
ficit. Sed hec sibi sponsa indicari depositum: quod nulli vñq;
declaratur: nisi ei qui eiusdem sanctificatricis gratie mun-
percipit. Quare vero ad hec percipienda estuet manife-
stat cum subditur.

Super cātica cāticorū. Ca. f.

¶ Textus. Ne vagari incipiām per greges sodaliū tuorū
¶ Vt erit in quo xp̄s nō cubat vagatur: quia mens: quam ille
le suauis & ponderosus xp̄i spiritus non implet: multis co-
sitionibus dissoluta circumfertur. Sed qui sunt sodales
christi: per quorum greges sponsa vagari pertimescit nisi
falli christiani: qui aut ob nois solius: aut etiā sacramento
rum communionē fratres xp̄i vocant: quia electis quos ipse
fratres vocavit: in ecclesia cohabitando sociantur. Quorū
multitudines bene per extirpationem greges appellan-
tur: quia dū quasi irrationabilia animalia sine ordine vivunt
seductoribus spiritib⁹ ad deuorandū traduntur. Per hūis
modi greges vagatur: quisquis ab intimo desiderio expul-
sus reprobos stultitiam q̄ similes cupiditates imitat. Hos
quippe electricū moleste patiant: per eorum persecutiones
probatis: mundiores a d' eterna bona perducuntur. Unde am-
monetur sponsa cum sibi per increpationem dicitur.

¶ Textus. Si ignoras te o pulchra inter mulieres: egre-
dere & abi post vestigia gregum.) ¶ Signorat se sponsa
egreditur et abeat: quia quisq; nesciat se in hoc positum
vt tentationes per sufferentiam vincat: a familiaritate xp̄i
recedit: quia in bello positis: cum domino pugnare recu-
sat. Sciendum est enim omnibus q̄ cū in tentationib⁹ sum⁹
contra aereas potestates pugnare precipimur: quia sine vi-
ctoria corona non possumus. Et si aduersarijs deest: nec
est quem vincamus: ideo corona deerit: quam non nisi vin-
centes capiemus. hoc qui ignorat in bello est: & quasi in pa-
ce exultat: et eo frequentius vulneratur quo securior est:
quia nescit videre quem caueat. Digne enīz a pugnatori-
bus secerneatur: vt vestigia gregum sequatur: quia duz pri-
udentes quosq; imitari negligit: necessarios reprobos sequi-
tur quos stultitia brutis animalibus fecit similes.

¶ Textus. Et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pasto-
rum.) Per hedos immūde cogitationes designant: per ta-
bernacula pastorum conuenticula hereticorum exprimun-
tur. Quia ergo pugnare nescit: iuxta tabernacula pastorum
hedos pascit: quia quisquis obstantibus temptationum gla-
dij viriliter non resistit: immūdas cogitationes quasi he d⁹
lascios in corde nutrit: & efficit ei etiā siliq; q̄ a fide recedit

Expositio bti Gregorii pape.

Anima vero que sponsa christi effici concupiscit: qualiter se habeat christus eam docet cum ei per comparationem protinus dicit.

Textus. Equitau*i* meo in curribus pharaonis: assimula-
uite amica mea.) Scimus: quia equitatus israheliticus
currus pharaonis fugiens in mari dimeritus derelictus: nec
tamen statim terram promissionis intravit: sed prius inul-
tas tentationes in heremo. xl. annis sustinuit multos reges
multis laboribus expugnauit. Et sic tandem quod promis-
sum sibi fuerat: laboriose acquisitum suscepit. Hinc sancta
anima sponsi amica similis efficitur: que prius in baptismo
omnia peccata sua extincta: quasi pharaonis exercitum re-
lquit. Et post dum inter huius mundi habitatores malig-
nos videlicet spiritus videntur: imminentia vicia quasi gres-
ges alienos prosternit: sicut tandem ad beatam terram in qua
cum sponso delectetur peruenit. Cui bene dicitur quod sub-
ditur.

Textus. Pulchre sunt gene tue sicut turturis.) Tur-
tur: postquam parem suum perdiderit semel: nunc alteri se iu-
git: sed semper solitarie habitans in gemitu perseverat:
quia quem diligebat non inuenies querit. Sic sancta ani-
ma quaeque dum a sposo suo absens est: ab eius amore non
recedit in eius desiderium semper anhelat et gemit: et dum
illum quem valde diligit non inuenit: quia ab omni alieno
amore se retrahit quasi in genarum verecundia castitatem
cordis ipso habitu et actu exteriori ostendit. Sequit.

Textus. Collum tuum sicut monilia. Per collum spon-
se predicatores sancte ecclesie designantur. In monilibus
gemma in auro ponuntur: per aurum quippe sapientia: per
lapides opera exprimuntur. Collum ergo spose sicut moni-
lia existit: quia quilibet rectus ecclesie predictor et sapien-
tia interior se induit et opera exterior exerceat: que in sa-
piencia videt. Cui et adhuc subditur.

Textus. Mureulas aureas faciem⁹ tibi vermiculatas
argento.) Mureulas monilia collo ligantur: quia et sa-
piencia et religio a scripturis sanctis predicatoribus adi-
gitur. Per mureulas enim sancta scriptura intelligitur:
que bene auro et argento vermiculatae dicuntur: quis et

Sup cantica canticorum. Ca. f.

sapientia predicatione per mundum auditur. Sicut enim per aurum sapientia: sic per argentum sancta predicatione monstratur. His verbis sponsi sponsa responderet et per corporeas verum species amorem intimat: quo spiritualiter in te ardet dicens.

¶ Textus. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea de-
dit odorem suum. ¶ Accubitum suum rex tunc intravit quā
do dominus noster iesus christus corporaliter celi interio-
ra penetravit. Quo ibi requiescente nardus sponsa odorez
suum dedit: quia virtus sancte ecclesie suauem famam bo-
nitatis longe lateqz sparit. Ad celos enim dominus ascen-
dit: et spiritum sanctum suum super discipulos misit. Quo
implete verba salutis mundo predicarent: et per sancta ope-
ra boni odoris famam circunquaqz diffunderent. Huc quip
pe spiritum in baptismo unaquez fidelis anima recipit:
vt per eum sibi virtutum confectione vnguenta componat
et proximos exempli exhibitione: quasi vnguenti odore re-
ficiat. Sequitur.

¶ Textus. Fasciculus mirrhe dilectus meus michi: inter
vbera mea commorabitur. Mortuorum corpora mirrha
condiri solent ne putredine escam vermis eter-
nis faciamus. Sed quid est qd dilectum suum sponsa: non
mirrham: sed fasciculum mirrhe nominat: nisi dum sancta
mens christivitam ex omni parte considerat: contra omnia
vicia et eius imitatione repugnantes virtutes congregat.
Ex quibus sibi fasciculum mirrhe aptat: quo carnis sue pu-
tredinem sempiternam abstergat. Qui inter vbera commo-
rari dicitur: quia in dilectione dei et proximi habitatio chri-
sti edificatur. Sancta quippe anima dum deum sic diligit:
vt proximum non contemnat: et proximi amorem sic exequi-
tur: vt diuinum non minuat: proculdubio vbera in pectore
sibi locat: quibus christum amplectens ipsuz nutriat: Qua-
si enim vberibus christus nutritus robotatur: dum hac ges-
mina dilectione vt fortius inhereat: delectatur. De quo et
ad huc dicitur.

Expositio bti Gregorii pape.

¶ Textus. Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis engadi. ¶ Cyprus insula est: in qua vberiores vinee & alibi nascuntur. Per cypri ergo ecclesia vniuersalis designat: que multas vineas nutrit dum in multis ecclesiis diuisa vinum quod letificat cor hominis signit. Engadi interpretatur fons iherusalem. Hec autem antiquitus pro peccatis immolabatur. Quid ergo personam hedi: nisi baptinus Christi figuratur? In quo dum corpus mergitur: anima abluitur: et per illum fidem qui pro peccatoribus morte protrahit anima humana a peccatis omnibus mundari se credit. Cui mox dilectus respondet.

¶ Textus. Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra es oculi tui columbarum. ¶ Bis pulchram sponsam suam vocat: quia cui dilectionem dei et primi donat: seminam pulchritudinem ei inserit: qua dilectatur: et quam laudatur. Cum oculi bene columbarum esse perhibentur: quia dum in temporalibus gemit: et ad eterna desideria rapit: in simplicitate sensus suos custodit: et carnales concupiscentias detestatur. Columba quippe in amore pro carmine gemit. Et bene sancta anima columba comparatur: quia dum reprobi quisque in amore mundi garrisit: et letantur: mens electa in celesti desiderio attiratur: qui timet ne amittat quodcumque diligit: differatur. Possunt etiam per oculos columbarum ecclesiarum predicatorum intelligi: qui simplicitatem quam predicanter: seruant et visibilia contemnentes: ad eterna cum magnis gemutibus anhelant. Sequitur vox sponse dicentis.

¶ Textus. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decoris, ¶ pulcher et decoris dilectus dicitur: quia et in divinitate et in humanitate omni amanti se menti sine macula comprehensionis aspicitur. Quem dum sponsa pleno desiderio sequitur omnium mundi perturbationum obliuiscitur: et dum in eius pace quietescit magis ac magis decorat. Inde sequitur

¶ Textus. Lectulus noster floridus. ¶ Quid per lectulus sponse nisi oculi quietatem intelligimus? Mes enim quod spousum suum singulariter amat christum: inquantibus potest ab omnibus sollicitudinibus mundi vivat: virtutes quibus sponso suo placet: intus accumulat. Que dum omnia que temporalia sunt contineat. Lectuli sibi cum sponsa in pace victorie facit ubi quo quietius pausat: eo amplius flores inuenit: quibus se

Sup cantica canticorum. Ca. iij.

decoram sponso ostendat. Sequitur.

CTextus. Tigna domoru nostrarū cedrina: laquearia cypressina. Per domos plures ecclesias intelligimus. per tigna cedrina predicatores designam⁹: p laquearia cypresina ipsos populos figuramus. Tigna enim tectum sustentant: laquearia vero domum implent et ornant. Sic in sancta ecclesia predicatoris boni scripturam diuinā in corde et ore portant quam fidelibus expandentes predican: ut dum ecclesia predicatione celesti instruitur: munimen accipiat: quo ab ymbribus tentationum protegatur. Ced⁹ autem et cypressus impetrabilia ligna esse perhibentur. Quibus bene omnes electi figurantur: quod dum temporalia nullo desiderio sectatur: eterni sunt eo quod mete in eterna figuntur. Respondet sponsus et dicit.

Capitulum. iij.

Textus. Ego flos campi et liliū convallī. Bene florem xp̄s se nominat: qui dū spinas peccatorum exterminat mentem sponsi et pueritatem sue iusticie exornat: et narcissis cordis dum celeste desiderium applicat: interiora anime quasi odore refocillat. Quia sequitur adhuc et dicit

CTextus. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. Bene sicut liliū inter spinas: sponsa inter filias esse perhibetur: quia cū multi sint in ecclesia qui solis verbis christum cōfidentur: operibus vero nihil nisi humanas sollicitudines sectantur: sola illa anima in liliū dignitatem computatur. que dum a mortalitatis radice ad celestem pulchritudinem et assurgit mundicie candorem corde et corpore sub ipsi custodit et proximos: quosq; bone opinonis odo re reficit. Sed quis sponsus sponsam suam laude dignam habuit: ipsa iam ex debito laudat a quo se laudari perspicit et dicit.

CTextus. Sicut malum inter ligna siluarū et dilect⁹ me⁹ inter filios. Ligna silvestria esui hominum abiles fructus non gignunt. Malus vero quod gignit congrue et salu-

Expositio bti gregorij. pape.

briter homines edunt. Merito ergo per malū christ⁹: per filiæstria vero ligna ceteri homines figurantur: qz in solo xp̄o cibum salutis quotiens querimus inuenimus. ⁊ in eius verbis ⁊ exemplis animas nostras fructu suaui et salubri reficiimus. Ipse est quippe per lignum vite quam nobis triduit: ipse est qui dum nobis semetipsum inspirat animā passit. In ceteris vero si quid refocillationis inueniam⁹. nō qd illorū: sed quod christi ē ab illis sumim⁹: qz quicquid in eis preter deum est mortiferum nobis pculclubio inuenimus.

¶ Textus. Sub vmbra illius quē desiderabā sedī. ¶ Umbra christi protectio spissænti. Si spiritus quippe sanctus mente quē replet obscurat qz omnem tētationū feruore tēperat: ⁊ dū aura sue inspirationis suauiter mentē tāgit qz quid noxi⁹ coloris feruebat expellit: quam iam forsitan nimius viciorum estus marcidam fecerat: vmbra sancti spissat: vires colligat quibus ad eternam vitam robustius curat. Sequitur.

¶ Textus Et fructus eius dulcis gutturi meo.) ¶ Arbor quippe fructifera ipse xp̄s in corde nostro plantat⁹ per s̄dē exigit. Quam si mens digne ⁊ instanter excollit: fruct⁹ nimis interi⁹ pulchros ⁊ utiles gignit. Quos dū mens ea plena: audie comedit: omnes mundi voluptates pre eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde sibi celestia cogitare: in eternitate oculum intimum figere: vt aliquando in fletibus etiam mens accensa compuugatur: vt inter lacrymas subleuata: angelorum cibo ipsa videlicet sponsa cito dulcius: tanto audiūs pascatur inde est quod sequit.

¶ Textus Introduxit me rex in cellam vinariam ordinavit. in me charitatem.) ¶ Quid enim per cellam vinariam congruentius: qz ipsam archanam eternitatis contemplationem accipimus? In hac eternitate angelis sancti vino sapientie inebriantur: dum ipsum deū facie ad faciem videntes omni voluptate spirituali faciantur. Hanc sancta mens si a sponso introducatur: postpositis omnibus temporalib⁹ intrat: in qua ex illis angelicis delitijs quantum sibi conceditur gustat. Et quia adhuc si in corpore corruptibili detinetur: ⁊ si perfecte non sonat: tamen ex illo minimo quod

Sup cantica canticorum. Ca. 15.

cursim sumit considerat quantum debeat amare quod a-
mat. Potest tamen per cellam vinariam scriptura diuina
figurari. Per hanc quippe sponsa charitas ordinatur: q[ua]d
in eius doctrina manifeste dicitur qualiter deus et proximus
ordinate diligatur. hac charitate percussa sequitur
et dicit.

Textus. Fulcite me floribus: stipate me malis quia a-
mote langueo.) **C**per flores teneri quicq[ue] et incipientes: p[er]
mala vero perfecti fideles designantur. Sponsa quippe:
quia amore languet fulciri floribus et stipari malis appre-
hit: quia dum se eternitatis desiderio afficit: dum qualiter
illuc perueniat: tota anxietate perquirit. Sed quia peruen-
tionem dum in carne viuit omnino non inuenit: fatigata
in desiderio suo requiescit et in hoc solo gaudet si circa se
prospicit: vel quibus ipsa proficit: vel in quorum profectio-
ne consolationem de languore suo perspicere poscit. Quis-
bus de sponso suo subsequenter hec dicit.

Textus. Leua eius sub capite meo: et dextera illius am-
plexabitur me.) **C**per leuam sponsi vita presens: per dex-
teram vero vita eterna designatur. Per caput autem sp[iritu]se
mens que anime principatur assumitur. Sed leua spon-
si sub capite sponse esse dicitur et dextera eius amplexatur
eam: quia vitam temporalem sub mente sua semper ponit.
vitam vero eternam ut omnimodis amplexetur concipi-
scit. hec quippe: que videt magnanimitate mente sublimi
conculcat: officiis celestibus se occupat. hec necessitate to-
lerat ad illa summo desiderio quasi brachio dextera sponsi
astricta suspirat. In que cum aliquantulum intrat deles-
tabiliter quiescit cuius quietis dilectione mundanos tu-
multus omnino fastidit. Sic quiescentem utiq[ue] sponsus am-
plius diligit et ab eius excitatione improbos quosq[ue] repel-
lit dicens.

Textus. Adiuro vos filie hierusalem per capreas cer-
uosq[ue] caporum. ut non suscitetis neq[ue] euigilare faciatis di-
lectam donec ipsa velit.) **C**erui capree munda animalia
in lege esse prohibentur. Quid ergo per ceruos et capreas
nisi fidem spem et charitatem accipimus? Quas dum no-
bius inuidas seruamus. per easdem altos inotes contemplatio-

Expositio bti Gregorij pape

nis ascendim⁹. Sancta autē anima sponsa xp̄i a cunctis mis-
di perturbationibus quiscere appetit: in sinu sponsi sponitis
terrenis cupiditatib⁹ dormire sancto, ocio cōcupiscit. Ita vt
etiam necessaria colloquia aliquando fastidiat solusq; spō-
si collocutione quanto quietius: tanto serenius hylareſ-
cat. Sed hanc dormientem carnales qui sunt in ecclesia
nonnunq; importune excitant: negoch⁹ mundi eam impli-
care desiderant: quia eius vitam inutilem existimant: dū
ab eorum curis eam se abstinentem considerant. hi tales
satis congrue non filii: sed filie nominantur: quia dum
effeminate mores nutriunt virili dignitate amissa: quales
interius habeantur exterius nomine femineo designantur
hi dilectam suscitare sub adiurationis pondere prohiben-
tur: ne videlicet mentem: que ad vacādum deo se accingit
solis spiritualibus studijs inherere concupiscit: importu-
nis sollicitudinibus inquietent: et tenebris curarum terre-
narum oculum cordis eius obnubilent. Et tamen nō ei om-
nis cura proximi interdicitur: sed quando suscitari debeat
eius voluntati relinquitur: quia profecto omni perfecte ani-
me discernendum est: et quando celesti contemplationi stu-
deat: et quando proximorum utilitatibus inseruat. hanc
vacandi deo licentiam libenterissime spōsa suscipit: statimq;
verbum sponsi amplectitur et dicit.

¶ Textus. Vox dilecti mei. ¶ Ac si diceret. hanc vocē dis-
lecti mei sponsi esse recognosco: hanc ab eius ore semp̄ aus-
dire desidero quia in hoc video cōstum me diligat: cum me
ab amplexibus eius, desiderabilib⁹ impediri prohibeat.
Ad hos amplexus qualiter peruenierit: subito narrat dicens.
¶ Textus. Ecce iste venit saliens in montibus transiliens
colles. ¶ Ad amplexus sponse sue christus venire dispos-
hens humanitatem nostram dignanter assumpit: ad quod
mysterium peragendum: quasi saliens in montibus venit:
quia quedam opera inter hoies ostendit: que valde subli-
mia sunt et super homines esse perspiciens humanum ges-
tus admirari potuit: sed attingere nequauit. Quod enim
de virginē natus est: quod vagiētē ad adorandū pastores
angelus ammonuit: magos stella pdixit et pendens in crux
te q; hora voluit spūm emisit: et mortuos tertia die' seipsum

Sup cātica cāticorum. Ca. ii.

suscitauit: qd celum ingressus spm sanctum quibus sibi placeuit: donauit: hec faciens quasi in motibus ambulauit: quo eum nulla creatura assequit valuit: in his nimis operibus colles transiliuit: et sanctos omnes quantius excreuerunt: potētia sue operationis r. sc̄edit. De quo et sequitur.

Tertus. Similis est dilectus me⁹ capree h̄inuologo ceruorū. **S**imilis capree bñ esse dicit: qd ex signagoga carne traxit. qd p capream ostēditur. Et quia ex antiquorū sanctorum stirpe progenitus est: quasi h̄inulus ceruorum. recte esse perhibetur. Sequitur.

Tertus. En ipse stat post parietem nostrum: aspiciens p fenestras prospiciens p cancellos. **Q**uasi post parietem nostrū xp̄s incarnatus stetit: quia humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem si ostenderet infirmitas humana ferre non posset: cornis obſtaculuz obſecit: et quisquid magni inter homines operat⁹ est: quasi post parientem latitans fecit. p fenestras autē et cancellos qui aspicit partim videtur: partim vero se abscondit. Sic et dominus Iesus xp̄s dum et miracula per diuinitatis potentiam fecit et abiecta per carnis infirmitatem pertulit quasi per fenestram et cancellos prospexit: quia in alio latens: in alio quis esset apparuit. Incarnatus itaqz ecclesie sue: vel vnicuiqz perfecte anime loquitur: et ad eternam exhortatur patriam dicens.

Tertus. Surge ppera colubā mea: amica mea: formosa mea: et veni. **P**ropter fidem xp̄s spōsa suā amicā vocat. Colubā ppter simplicitatē: formosā ppter opationē: qd enī sine fide deo placere non possum⁹: bñ per fidē amici vocamur: qd dū fide celestia appetim⁹: abiectis terrenis deo adherem⁹. Colubā vero bene alia ppter simplicitatē dicit: qd alia deuota: dum simplicē dū cordis simplicitatē pscrutat: neqz mundi ineptā leticiā dissolue sectat. Sed sp ad eterna festinās: colubē gemitiū diligēdo imitaf. prop̄ opationē: alia formosa recte appellatur: qd dū preterite vite pcta p bona opera redimit: quasi antiquā turpitudinē asumpta forma meliori ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaqz hortat spōsus: vt surgat et veniat: quia dignum est ut quicunqz ad amore xp̄i properat: carnis torpore quantib.

bb. i.

Expositio bti gregorij. pape.

potest abiçit: i se ad eterna consequēda celeritate accingat. Sed quia vt ad celestia festinemus per exhibitionem noui testamenti a deo accepimus. Ideo recte sequitur

¶ Tertius. Jam hiems trāsūt: hymber abiit et recessit: flores apparuerunt in terra nostra. ¶ Quid per hlemen: nūl legis austeritas intelligenda est? Que dum in caruallibus sacrificijs populum antiquum detinuit ad appetenda spīritualia et celestia obseruatores suos non audiuit. Possimus etiam: per hlemen vltam presentem intelligere: que dum nos assiduis tentationibus impedit quasi ymbrib⁹ importunis ad sequendum xp̄m corpore compellit. Sed iam sponsa surget: quia hyems trāsūt: quoniam quāto magis diea vltimus instat: presens vita incedit: i quo amplius tempus ad terminum ducitur: eo citius currendum est: ne electa anima oblati sibi muneribus eternis priuetur. Transūt ei df. qz in primo trāsūtura esse non dubitatur. Sequit.

¶ Tertius. Flores apparuerunt in terra. tempus putationis aduenit. Flores apparuisse in terra dicuntur: quia sancte anime in celo recipiuntur. Et quia in hac vita tuis homines fuerit non torpuerunt: mox ut recesserunt in terra viuentium gloriose floruerunt. Bene sequitur cum dicit.

¶ Tertius. Tempus putationis aduenit. ¶ Quid quo amplior electorum numerus in celo congregatur: eo celerius reprobri ab ecclesia tanqz sacramenta iniutilia amputantur ut et mundus: citius finitur. Sequitur

¶ Tertius. Vox turtris audita ē in terra nostra. ¶ Quid per turture: nūl ecclesia? Quid per terram sponsi: nūl vita illa beata designatur. S; vox turtris in terra sponsi audit a esse dī quia dum p desiderio suo sancta ecclesia dep̄cat. a christo in celo clemētissime auditur. De q recte subditur.

¶ Tertius. Ficus protulit grossos suos. ¶ Quia sancta ecclesia martyres suos ad eternā patriā premisit. post quos

¶ Text⁹. Vnue florentes odore dederūt. ¶ Quia per vniuersum mundum exēpla bonorū operum exercuerunt. Vnue vtiqz flores producunt: cū singule ecclesie animas infideles ad fidē inouitatem p baptismū educūt. Sed flores xp̄i odore proferunt. cum credētes anime exempla bona p suauem opinionem obīnuicem et alijs aspergūt. Sed quia

Sup cantica canticorum. Ca. 15.

Xps utroq mō exhortationis nos trahit: vt videlicet t̄ preceptis nos ammonent: et exemplis sanctorum nos erigant. Idcirco spōse sue prius vt surgeret ammonendo precepit: deinde exemplum sanctorum ad cognitionem addurit t̄ post exemplorum exhibitionem iterum se ad preceptū com motionem conuertit dicens.

¶ Textus. Surge amica mea: soror mea et venī columba
mea in foraminibus petre in cauerne macerie) ¶ Surgit a
nimā cum a peccati perpetratione se erigit. Uenit cū per
bona opera desiderij sancti passibus sanctis ad celestia tē
dit. Sancta etenim mens cum preterite vite turpitudines
conspicit. cū peccata sua enumerat que fecit: mox secum in
conscientia erubescit: t̄ quicquid in mundo dixerat ad odia
mūs sub transferens fletibus se punit: t̄ ipsa penitentia fa
cta robustior ab omni iniquinatione etiam exilit: t̄ ab omni
torpore negligentie se excutit: vt iam insimis cogitatio
nibus non iaceat: sed ad appetenda inuisibilia per sancta
desideria se extendat. Hec itaq mēs surgit t̄ venit: quia t̄
a corporis infirmitate p̄ compunctionem se erigit: t̄ in san
ctis studijs se exercens ad eterna pedibus amoris currit.
Per foramina autem petre vulnera manum christi in cru
ce pendentes libēter intellexerim. Cauernā vero macerie
vuln̄ lateris qd lancea factum est: eodē sensu dixerim. Et
bene columba in foraminibus petre: et in cauerne macerie
esse dī: qz dum in crucis recordatione patientiam xpī ini
tatur: dum ipsa vulnera propter exemplum ad memoriam
reducit: quasi columba in foraminibus petre: sic simplex
anima in vulneribus nutrimentum quo conualescat: inue
nit. Possunt tamen per foramina petre incarnationis xpī sa
cra menta signari: et per cauernam macerie ipsa p̄tectione
angelice custodie figurari. In qua custodia cum anima po
nitur: bene ei a sponso dicitur.

¶ Tex. Onde mihi faciā tuā: sonet vox tua in aurib⁹ meis
Quid enim per faciez: nisi fidez qua a deo cognoscimur
accipimus: Et quid per vocem: nisi predicationem intelli
gimus: Sed precipit sponsus: vt ei sponsa faciē suā oñdat:
qz quicquid se fidem habere necesse est vt bonis operi
bus se exerceat: vt in operibus exterioribus fides interior

bb. ij.

Expositio bti Gregorij pape.

innocescat. Sed et opera necesse est ut vox predicationis sequatur quia quicunq; in sanctis operibus perfecte se dilatatur: consequens est ut ad eadem facienda proximos quos qd exhortetur. Ideo sequitur

CTer. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. **C**Tunc enim et vox placet et facies decoratur: quando et opera predicatione bona oga comitatur huinsmodi predictoribus consequenter dicitur

CTer. Capite nobis vulpes paruulas: que demoluntur vineas. **C**Per vulpes heretici: per vineas singule ecclesie designantur. Sed vulpes vineas demoluntur: quia per hereticos ecclesie a recte fidei viriditare exsiccatur. Que bene paruale dicuntur: qr quanis contra veritatem intus superbiunt: exterius in verbis tamen humilitatem p simulacrum sectantur. Que tunc a sanctis predicatoribus capiuntur: quando instante altercatione sententijs veritatis convincuntur. Predicatores quippe sancti aliquando canes p similitudinem dicitur: qr predicationibus assiduis quasi latribus importunit: aduerarios quosq; a grege ouiu; arcere nntuntur. Ibi canes vulpes xp; capiunt: qr ducere sub dñi fide liter diligunt: pro eius amore laborantes: tergiversantes hereticos ab inuolutionib; questionum quasi a tenebris caueis ad lucem veritatis educunt. Qualiter vulpium demotio timeatur: magnificat cum dicitur.

CTer. Jam vinea nostra floruit. **C**Vinea quippe floruit: qr sancta ecclesia p baptismi filios ad deinouam conuersationem pdixit: Quibus timendum est: ne ab hereticis depravetur qr dñi quicq; fideles in nouitate xp; regenerantur: qd quisq; tenerior est: eo citius ad puritatē seducit. Florib; oino timendum est ne pereat: or dñi adhuc quisq; a pfectione p exercitu diutur nū non convaluit: facile si ad dete venenoso mordet: ab hoc qd nactus fuerat: evanescit. Perfecta ei queq; aia in quo se sā diu exercuit: facile nō amittit: qui a quo frequentius passato intimo qd dulcis sit dñs gustauit: eo constantius sponsi rectitudinem tenet: et distorta fastidit. Que prosequitur conuenienter et dicit.

CTer. Dilect⁹ me⁹ mis̄hi et ego illi) **C**Ac sic diceret dilecti mei amicitia constat teneo: qr eius constatē benivolētiam

Sup cantica canticorum. Ca. 13.

erga me sentio: quia dum ei⁹ familiaritatē benignā habeo
durus est quod ei aduersum inimicos latrantes audior: et dū
in eius assiduitate qualis sit video: si quid erroris proferri
tur aduersarii a veritate q̄ in eius visione cognoui non re
cedo. De quo bene sequitur.

¶ Tertius. Qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies: et in
clinetur umbra. ¶ Quid p̄ lilia: nisi mundo ale designant
Que dum castitatis candorez retinent: per bone fame op̄i
tionē primis quibusq; suauster; olen. Inter lilia sponsus
ergo pascitur: quia proculdubio sariarum castitate delecta
tur que et in se mūdiciā carnis cōseruāt: et p̄ nitidas cogita
tiones coram eo placent: et extra primis quasi odoris sua
uitatem donant. Dies vero aspirabit: et umbra inclinabun
tur. quando vita eterna apparebit: et presens vita finietur.
Hic quippe nos est ibi dies erit: quia hic in visione verita
tis caligamus: vbi deus ipse tota veritas mentibus eluce
bat. Ad hanc porsus d̄lez sancte ale eniuuntur: vt pueniat
propter hanc iusticiam illibatam: inq̄stum possunt conser
uant: et quia sine christo nihil possunt elis familiaritatem
desiderant. Quarum dum mentem considerat: prope est
benignus et adiuuat: et quo amplius proficiunt familiari
semper amat: donec finitis tenebris mundi ad vite eterne
lucem perfectas educat. Quam lucens quia valde deside
rant: eamq; cum dominus ad iudicium venerit: videndam
esse putaut. Idcirco cum desiderio dicunt..

¶ Text⁹. Reuertere: similis esto capree: hinnuloq; ceru
rum super montes bethel. ¶ A nobis dilectus corporali.
ter tunc abiit: quando post resurrectionem in celum ascen
dit. Tunc autem reuertetur quando in fine mundi resusci
tatio corporibus hominib⁹ in iudicio manifestabitur
Qui vere similis capre et hinnulo ceruorum apparebit: qr
in carne nostra veniens ad iudicium omnibus se monstrabit
per capream enim que mundum est animal ecclesia desi
gnatur que dum in celestibus mente habitat: quasi in morti
bus pascitur: per ceruos autem quid aliud q̄ patres anti
qui designatur ex quorum carne christus natus: quasi hin
nulus ceruorum mundo est presentatus. Bethel autem do
mus dei interpretatur: que bene ecclesia dei dicitur: qr in

bb. iiij.

Expositio bti gregorij pape.

ea minus habitat dum per fidem corda nostra mundantur
Super montes ergo bethel simul capree hinnulorum: cer-
norum apparetur: quia in eadem humanitatis forma ad in-
dicium veniet: quam ab ecclesia sumpsit: quando in hoc mun-
¶ Textus. Ego dormio: et cor meum vigilat. ¶ huiusmodi quippe electi cor spōsi bene vocari possunt. qui quo amplius exteriora que sunt in mundo fugiūt: eo secretius ea que sunt interiora sponsi cognoscunt. De quibus proculdubio idem sponsus alibi dicit. Qui diligit me diligetur a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei me ipsum. Dormit ergo sponsus: et cor eius vigilat: quia dum Christus iam glorificatus in beataitudine quiescit: quicunq; eum perfecte diligit: ut ad ipsum perueniat laborat. De qua vigilantia spōsa superius dixit. ¶ Cum esset rex in accubitu suo: hardis mea dedit odomini suum. Quid enim illud quiescere dormire dicatur: id manifestat: quod alibi legitur. In pace in id ipsum: dormia et requiescam. Quod tamen ipsum et ipsa sponsa de se dicere potest dicat ergo. Ego dormio et cor meum vigilat. Ac si aperte mens sancta loqueretur dicens. Dum a mundanis tumultibus exterius dormio: in interiori cogitatione que sint celestis vigilans penso. Sancti etenim viri dum terra omnia despiciunt: dum tumultus mundi omnino fugiūt: dum oculi in via dei assumunt: nequaquam ut torpor invacent: ea dimittunt. Sed interiori laborantes que sint illa: ad que facti sunt in corde aspicere contendunt. Ne enim torpeant dormiunt: sed ut liberius eterna contemplentur a transitu rebus requiescant. Quos tamen aliquando sponsus ad profectum proximorum excitat: et ut eis cum quibus vivunt proficiant: ab ocio quod diligunt renocat. Cuius vocez audiens etiam cum dormit sponsa dicit.

¶ Textus. Vox dilecti mei pulsantis. ¶ Quid enim pulsans dicat subiungit.

¶ Textus. Aperi mihi spōsa mea / amica mea / columba mea

immaculata mea. Causam etiam clamoris annexit dicens:

¶ Tex. Quod caput meū plenum est rore: et cicinnis mei guttis noctili. ¶ Dū spōsa dormit dilectus ut apialem ei pulsat: quod duz sancta mens subi ipsi per oculum intendit: christus multa pecatorum opera in hoc mundo tolerat: que nisi spirituales

Expositio bti Gregorii pape.

viri ad doctrinam se accingant: nuncq; per seipso carnales
vel agnoscant: vel corrigere curant. Vult ergo sponsus ut
aliquando oculum dimittatur et ad edificationem proximo
rum spirituales quicq; sollicitentur: quia dum perfecti viri
sibi soli per interiorem quietem intendit. Nolet sponsus q;
seculares ad peiora magis ac magis corrunt dum eum
propter silentium spiritualium semper minus ac minus co-
gnoscunt quod ipse manifestat cum dicit.

CTextus. Quia caput meum plenum est rore: et cincinni
mei guttis noctium. **C**Quid per caput sponsi: nisi deus. Et
quid per rorem in hoc loco: nisi lamentando dicitur: nisi tri-
gora mentium carnali: in accipiuntur: Scriptum est enim.
Caput christi deus. Et de frigore cuiuslibet carnalis men-
tis iterum scriptum est. Sicut frigidam facit cysterne aqua
sic frigidam fecit malitiam suam. Caput ergo christi ple-
num est rore: quia multi in ecclesia positi: et deum eum cre-
dunt: et tamen frigi persistentes ad ardorem charitatis
non accenduntur. Per cincinnos etiam eosdem populos in-
telligiuntur: quos in si de diuinitatis: quasi in capite christi
pendentes: et opprimentes scimus. Sed cincinni pleni esse
dicuntur guttis noctium: quia dum in tempore huius tene-
brose temporalitatis se suspendunt: magis ac magis stiliza-
tionibus iniquitatis fluunt ad hos accendendos sponsa ex-
citat: dum spiritualis quilibet p edificatione plurimorum ab
ocio ad prelationem ecclesie vocatur. Sed qm̄ metuit ne si
ad prelationem venerit sollicitudinib; mudi occupari ne-
cesserit sicq; dū per occasionem edificationis plurimori te-
porsibus se inclinauerit quiete amittat etiā sordibus pec-
catorū se inficiat. Ideo claimanti sposo respondet dicens.
CTextus. Expoliaui me tunica: quomodo iterum inquinabo illos?
CTunica sua spōsa se expoliauit: q; oīa extēriora quib; ho-
norabat et onerabat abiecit. De qua tunica dī. Nūcaūt qui
h̄z tunicā vēdat ēā: et emit gladiū. Gladiū q; ppevēdita tuni-
ca emit q; p eternis t̄palia abdicat et in sancta cōuersatione
vñies h̄bū pdicatiōis acq̄rit. De quo dī. Et gladiū spūs: qd̄
est h̄bū dei. Pedes aut̄ suos sponsa lauit: quia duz in sancto
ocio sc̄ta via viuit: opa sua studiose ad memoriā reducit: et

Sup cantica canticorum. Ca. b.

quicquid in eis sor didum examinando deprehendit: lachrymis quotidianis et gemitibus plangit: pedes itaque lauit: quia preterita opera quibus per hunc mundum dissolute ambulauit planxit. Pedes lauit: quasi peccata abluens lachrymis munda in conspectu dilecti sui apparere concupisuit. Hos pedes iterum inquinare metuit: quia valde sollicita est: ne si in prelatione ponatur: per terrena ambulans iterum suscipiat quod dimisit. Idecirco ab ocio inulta recedit: quia dum a maximis fluctibus aliena est: quasi in littore posita securius viuit. Sed dilectus non leuiter mortem proximorum tolerat. Ideoq; propius accedens: per ipsum eam excitare non dubitat: ubi dicitur.

C Tertus. Dilectus meus misit manum suam per foramen et venter meus intremuit: ad tactum illius. **C** Vanum dilectus ad sponsam mittit per foramen ut surgat: quandoque per subtilitatem intellectum quanta sit operationis divine: virtus ei inspirando manifestat: quod videlicet et inter pericula salvare possit: qd etiam in pace nisi per eum saluus sit: ne mox in tumultu certaminis sperantes in se non derelinquit. Ad cuius tactum venter sponse intremiscit: quia sancta anima quo amplius diuinam potentiam per interiorum visitationem principaliter sentit: eo strictus iudicat quicquid in se carnale deprehendit. Quo enim maiori charitate in eum ardet: quem mente concupiscit: eo timidius se ei subducit: et amplius veretur ne sponsus in ea aliquid inueniat: propter quod eam a se dimittere velit. Idecirco spōso obediens ad laborem se preparat: ut sicut in quiete familiaris sponsi: sic et in labore devote seruiens appareat. Ideo subdit dicens.

C Tertus. Surrexi: ut aperiem dilecto meo. **C** Tacta surgit ut aperiat: quia dum spiritum dilectionis amplius solito accipit: mox de edificatione proximi cogitat: et predicando agit: ut apertis cordibus sponsus ad inhabitados proximos veniens aditum intrandi inueniat. Que etiam cum predicatione exempla operum auditoribus demonstrat dicens.

C Tex. Man⁹ mee stillauerūt mirrhā. Quid p man⁹ nisi opatiōes: Ad p mirrhā: nisi mortificatio carnis accipitur?

Expositio bti Gregorii pape.

Manus ergo sponse predictantis mirrham stillant quia qui cungs alijs predictant necesse est si multis proficere velint. ut in omni opere suo carnalem ritam mortificare contendant. Sed ut hoc cum magna discretione fiat manifestat cum subiungit dicens.

Textus. Digitii mei pleni sunt myrrha probatissima. **S**

Textus. Pessulum ostium mei aperiū dilecto meo. **P**essulum ostium facimus quando per voluptates carnis aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum vero aperimus quando remotis voluptatibus fluxis cor nostrū in amorem christi quod prius durum fuerat: soluimus et spōso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne vivimus: quia repente fieri non potest restat: ut magis ac magis quotidie faciamus. Nemo enim sicut scriptum est repente fit summus. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominū nr̄m querim⁹ magis nobis elongari ē appropiare videtur. Ideoq; sequitur.

Textus. At ille reclinauerat: atq; transierat. **M**odo sponsus dilectam tangit: modo declinat quia quando nos torpentes conspicit: ad amorem incitat: quando vero laborantibus nobis posse apprehendī videtur: tunc ne apprehendatur trāsit et declinat. Quod maxime in nobis gratia agitur ut videlicet nec in torpore nostro iacentes: omnino eum amittamus nec de plena eiusvt nobis videtur apprehensione superbiamus. Qui mox tamen vt recesserit reddit.

Sup canticorum. Ca. b.

¶ ne duitus anima sancta a dilecto suo alienetur verbo in spiratione sue desideranti anime se infundit et ea liquefacit. Unde exultat sponsa dicens.

¶ Tertius. Anima mea liquefacta est. Ut dilectus locutus est. ¶ Ad verbum sponsi liquefacta in se dicit: quia domini Christi se per spiritum suum a te desiderantem infudit: osthem duram cordis moris dissoluit: et aliquem metem in tantas lachrymas liquefacit: ut vix capere possit. Hoc quod se cavere intra se exultat et intus miretur quid fuerit: et quid factam subito seipsum videat. Quem liquorem dum sentit perfectus apprehendere concupiscit: et aliquando dum hoc ipsum cogitat: hoc quod modo sentiebat iam non sentit. Unde sollicitatur ad querendum: ut hoc idem inueniat: sed aliquando dum etiam domini fatigaretur: non inuenit quod modo tamquam sens tenebat Ideo sequitur.

¶ Tertius. Quesui et non inueni illum vocari et non respondit mihi. ¶ Querit sponsa dilectum sed non inuenit: quia a deo inspirata mens assidua suavitate illa intima perfrui concupiscit. Sed corruptio prohibet: quam in hac vita gerit. Vocat ergo et non respondet eis: quia in orationibus et operationibus suis dulcedine illius presentie satiari appetit: sed ad votum suum hoc quod invocat non occurrit. Resstat ergo ut in se reuertens se cognoscat et per scripturas sanctas dilectum suum magis ac magis illo gusto adiuta perquerat. Et hoc est quod sequitur.

¶ Tertius. Inuenierunt me custodes qui custodiunt ciuitatem. ¶ Dum inquisitione dilecti sponsi sollicitatur: in custodes ciuitatis incidit: quia dum sancta mens desiderio sponsi sui Christi se affligit: predicatorum verba in scripturis. diuinis suscipit et eis quandiu a Christo exultat: eiusdem quem querebat amore intendit. In quibus quid exercitationis inueniat: subiungit.

¶ Tertius. Percusserunt me et vulnerauerunt me tulerunt pallium meum custodes murorum. ¶ Custodes percutiunt sponsam et vulnerant quia predicatorum sancti dum celestia loquuntur: amantem animam afficiunt et maiori amore sagittant. Pallium tollunt: quia si quid pompe seculares residuum erat in corde: exhortationibus suis ab animo

Expositio bti gregorij. pape.

anferunt. Pallium tollunt: quia aliquando ante verba predicatorum nos non cognoscebamus: ipsius omne quod interioris latebat dum loquantur detegunt. Quod dū sit amplius diligendi sunt: vt pro nobis dilecto loquantur deus tuus exorandi. Quod agit responsa dum subiungit.

C Textus Adiuro vos filie hierusalem: si inuenieritis dilectum meum ut nūcieris ei: qr amore langueo. **C** Dum enim sanctis viris cogitationes nostras referam: dum eius siue viuentibus nobiscū sive iā vitā eternam ingressus desiderium nostrum expandimus: et per deum oramus: vt dominō christo pro nobis orando offerant desiderium quo affectumur: et quid aliud agimus q̄s filia hierusalem adiuramus: vt dilecto cui nobis proximores sunt nūcierent: quis et eratores suos oraret et qui vt nūcierent erantur: pre huius militate tanq̄ ignari interrogant dicentes.

C Text. Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum.

C Sed quis quo ardenter diligunt eo dulcius verba de eo repetunt. Idem ipsum iterum dicunt.

C Textus. Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic ad insatios.

C Dilectus ex dilecto sponsus dicitur: vt videlicet per repetitionem dilectionis maximus amor loquentis ostendatur. Uel dilectus ex dilecto bene christus vocatur: quia filium diligimus et patrem ex quo eū consequenter amamus. Respondet sponsa subsequendo dicens

C Textus Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus.

C Candidus et rubicundus christus esse perhibetur: quia nullum omnino peccatum faciens iusticie pulchritudinem ex integro tenuit: et tamen tanq̄ peccator esset ad mortis passionem accessit. Cui per prophetam dicitur. Quare ergo rubrum est indumentum tuum. Electus vero ex milibus: quia ex totius generis humani massa nullus sine peccato reperitur: ipse vero non solū sine peccato fuit: sed etiam peccatores sua iustitia et sanguine redemit. Sequitur.

Sup cantica canticorum. Ca. V.

¶ Textus. Caput eius aurum optimum. ¶ Caput christi deus. Quod caput bene aurum dicitur: quia ad comparisonem creatoris omnis creatura res vilissima perpeditur. ¶ Textus come eius elate palmarum nigre sicut corvis. ¶ Quid per comas christi nisi fideles quosq; intelligimus. Qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt: et deo ad herentes quod credunt faciunt: quasi capite pendentes honore in portanti conferunt. Palma autem in altum valde crescendo proficit: et victoriam significazione sua pretendit. Come ergo sicut elati palmarum sunt: quia electi quosq; dū semper ad alta virtutum se efficiunt: per dei gratiam quā doctis ad victoriam se perducunt. Nigre autem sicut corvi existunt: quod quis virtutibus in celum se erigat semper tamē peccatores se esse conognoscunt. Sequitur.

¶ Textus. Oculi eius sicut columbe super riuulos aquarū que lacte sunt lota: et resident iuxta fluenta plenissima.

¶ Oculi sponse sicut columbe sunt: quia predicatorēs chri- sti qui viam nobis ostendunt in simplicitate vivunt. Super riuulos autem aquarum esse perhibentur: quia semper in refectione diuinarum scripturarum conuersantur. Lacte vero sunt lota: quia gratia creatricis sapientie tanq; lacte matris a peccatis per baptismum sunt inundate. Quid autem per fluenta plenissima iuxta que resident intelligimur nisi sacre scripture profunda et archana dicta q̄ descripsimus: quibus nos reficimus: dum ea legendovela audiendo haurimus. Ad hoc etiam columbe iuxta fluenta residere solent: ut volatium avium umbram in aqua videant: super aquam se proiicientes vngues rapacium sic effugiant. Sic sancti viri in scripture sancta fraudes demonum perspicunt: et ex descriptione quam vident quass' ex umbra hostem cognoscunt. Dumq; se consilijs scripture ex toto ab dicunt: ut videlicet nihil agant: nisi quod ex responsō scriptrarum audiunt: quasi in aquam se proiicientes hosti illudunt. Que fluenta plenissima dicuntur: quia de quibuscunq; scrupulis in scripturis consilium queritur sine minora ratione de omnibus ad plenum inuenitur.

¶ Textus. Sene eius sicut areole aromatum: consiste pig-

Expositio bsi Gregoris pape

mentarijs. ¶ Si y oculos predicatores intelliguntur: bene per genas ipsi in ecclesia figurantur: qui martyrio vita finisse perhibentur. Dum enim pro fide xp̄i sanguinem suum fundere non dubitat: quasi gene in facie xp̄i rubet. Per eos quippe pulchritudo fidei christiane publicatur: quia ad quantum fidei premium tendant: ostendunt dum pro ea moriuntur. Que gene bene sicut areole aromatum esse dicuntur: quia dum in constantia fidei martyrio electi exercentur: per cultum virtutum sancte opinionis fama quasi aromata dilatantur. Sed areole pigmentaria cōseruntur: quia martyres sancti: et a precedentibus p̄dicatorib⁹ ad confessionem roborantur: et a subsequentibus ad imitationis exemplum populis adducuntur ab illis à precesserunt pigmenta virtutum coluntur: ab his vero qui sequitur pigmenta exemplorum sumuntur. Unde et sequitur.

¶ Textus. Labia illius lilia stillantia mirrham primam. ¶ Quid enim per labia sponsi nisi ipso quos dicimus predicatores xp̄i intelligimus. Qui dū mortes martyrum populis predican: quasi mirrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant. Que mirrha bene puma esse dicitur: q̄s nullus sic mortificatur: quomodo ille q̄ p̄ christo martyrio finitur. Primam enim dixit non tempore: sed p̄ dignitate. Quid est q̄ labia sponsi lilia esse dicuntur nisi q̄ illi per quos christus loquitur necesse est vt mundi sint et per eos bonus odor aspergatur. De quib⁹ erat apostolus paulus qui dicebat. Bonus odor sumus deo in omni loco: et in his qui salvi sunt. Sed notandum est quoniam quicquid iusticie et fortitudinis habetur ab ipso christo per exempla operum illius trahitur. Ideo sequitur.

¶ Textus. Manus illius tornatiles auree plene hiacintis. ¶ Quid enim per manus christi designatur: nisi opera que in mundo gessit: et que nobis imitanda proponuntur? Ipse enim ait. Qui me diligit me sequatur. Et apostolus. Qui dicit se in christo manere sicut ille ambulauit et ipse ambulare debet. Manus vero tornatiles esse perhibetur: quia sancta opera eius sine impositione iniquitatis ex omni parte in iusticia gradiebantur. Quod enim tornatur in rotunditate sui sine obstaculo voluitur. Sic xp̄i opera in

Sup cātica canticorū. Ca. b.

rectitudinis rotunditate voluebantur: quis tornitas nulla ei adhærebat qua in ius iusticia eius in rotundum duceatur. Auree etiam manus esse dicuntur: qz quicquid exterritus inter homines operabatur: si diuinitatis pulchritudine disponebatur. Manus quoqz sponsi plene hiacinctis eē dicuntur quis quicunqz illius opera pro corde imitantur: felicitatis eterne muneribz in retributione ditan̄. Unde et idem redemptor. Qui mihi ministrat me sequatur: et ubi ego sum: ibi et minister meus erit. Sequitur

¶ Textus. Uenter eius eburne?: distinct⁹ saphiris. Quid per ventrem nisi mortalitas: Et quid per ebura: nisi incorruptio designatur. Ebur quippe valde durabile os habet: et in ornamenta regum assumitur. Uenter ergo xp̄i recte eburneus esse dicitur: quia mortalitas christi ad immortalitatem perducitur: dum per resurrectionem ad gloriam patris sui regis videlicet eterni: in vita eterna collocat. De quo dicitur. christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Qui vero in ornamento regum assumitur: quia quisquis carnis suae rex et dominus esse probatur: ipsius christi mortalitate et resurrectionis amore cognatiois et spe immortalitatis ornata. Unū alibi se Qui gloria in domino gloriatur. Sed neuter distinctus saphiris esse perhibetur: quia in nostra corruptione quam portauit: celestia opera et miracula que faciebat passionibus nostris inseruit. Saphirus enim quia ereum colorem portat: bene celestia facta que in miraculis ostendebantur designat. Uenter vero christi saphiris distinguitur quia dum inter passiones carnis divina miracula operabatur: quasi in corruptione corruptio variatur. Qua dispensatione apostoli in fide erudit̄ sunt et ad passiones tolerandas robusti extiterunt. Ideo sequitur.

¶ Textus. Crura illius columnae marmoree: que fūdate sūt super bases aureas. ¶ Per crura apostolos intelligimus: per quos uniuersum mundum circuit: et fidem eis predicationibus populis audientibus sparsit. Quibus ipse in euangelio. ait. Ite in orbem uniuersum et predicate euangelium omni creature. Sed crura columnae marmoree esse perhibentur: quia ecclesiam inflexibiliter sustinent: dum con-

dd.i.

Expositio bti gregorij pape.

tra omnes aduersarios eorum predicationibus & exemplis
roboratur. Super bases autem aureas columnae fundate
sunt: quia a prophetarum dictis ut fortes persisterent: si de
vite gratiam percepérunt. Unde ipse prunus apostolorum
ait. Habemus firmorem propheticum sermonem cui bene
intendentes tanq; lucerne ardenti in caliginoso loco. Ideo
enim auree dicuntur: quia luce sapientie resplendere scilicet
Sequitur.

Textus. Species eius ut libani: electus ut cedri. **L**ib
anus quippe mons est in quo sublimes valde et odorifer
re arbores habentur. Interpretatur autem libanus dealbas
tio sive candidatio. Et de christo dicit apostolus paulus.
Iste factus est nobis a deo sapientia et satisfactio et iusti
cia. Bene ergo species eius ut libani existit qd per eum cre
dentes dealbamus: cui si adheremus radicibus sublimes
efficiamur. A cuius gratia etiam bone opinione odorem si
queni habemus accipimus. Electus etiam ut cedri esse di
citur: quia de eo pater loquitur. Ecce tu puer meus quem
elegi: dilectus meus cōplacuit sibi in illo anima mea. Ce
drus autem excelsa est valde arbori & imputribilis. Chri
stus autem excelsior cedris existit: quia quis homo sit: et su
mum deus esse non desistit. De quo per esaiam dicit: et su
blimus erit valde. Odorius etias super omnes est xps: quia
ipse de se ipso ait. Ego flos campi et lilyum conuallium. Et

Textus. Curremus in odore ynguentorum tuorum. **D**e
quo bene hic sequitur.

Text⁹. Sunt illius suauissimum & totus desiderabilis.
Per guttū quippe voces trāsferuntur & sapores in ven
trē haurunt. quid enim per guttū sponsi nisi testamentū
christi intelligitur per qd christus nobis loquitur: et in quo
q; suauis sit dñs: a fidelibus gustat. Totus ergo desidera
bilis existit: quia per hoc qd deo bona omnia aia san
cta audit magis ac magis semper eum videre cōcupiscit.
Cuius tot. dñi s enarratis consequenter cōcludit dicens.
Text⁹. Talis est dilect⁹ meus: & ipse amic⁹ me⁹ filie hie
risalē. **S**z enueratis tot laudib⁹ oñsis: tot mñeribus qd
andies nō cōcupiscit: quis intēdens nō inardescit fidelis

Sup cantica canticorum Ca. vi.

quippe anima quiebat quo dulciora et ampliora de redempto
re suo audit: eo ardenter inhalat et manifestiora de eo co-
gnoscere dicens.

Textus. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulie-
rum? Quo abiit dilectus tuus: et queremus eum tecum.

Cum enim proximus proximo de Christo loquitur: cum alter
ab altero hinc interueniatur fiscitur: quid aliud est quomo-
do queri debet perscrutatur. Quavis hoc de synagoga
intelligi valeat: ut aliquando conuersa ecclesiam interro-
get: cui protinus ecclesia respondit.

Capitulum. vi.

Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatum: ut pascatur in ortis: et lilia colligat.

Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatum: descen-
dit: quod ecclesiam visitans ad eos maiori gratia venit: quos
sanctis operibus et virtutum exemplis bone fame odorem
ex se primis emittere cognoscit. In ortis pascit cum multa-
rum liliarum virtutibus delectatur. Lilia colligit quoniam perfectos
quosque ab hac vita succidit. Sed quod sancta ecclesia in filiis suis
fide Christi coniungitur: spe suspenditur: charitate conglutinat:
natur: ut nihil extra Christum diligat: et eum sibi familiariter hab-
de et amore inseparabilem teneat: ideo subiungit.

Textus. Ego dilecto meo et dilectus meus misericordia: qui pasci-
tur in filiis. Notandum quippe quod synagoga per predica-
tionem ecclesie ad fidem: quandoque conuertatur: ita ut se
abnegans: Christum solum sequatur et eodem desiderio di-
ligat Christum: quo eum ecclesia diligit: quem ceteris postpositis
solum amat. Quam iam amicam factam: iam sponsam sibi
coniunctam sponsus alloquitur: congratulans et dicens.

Textus. Pulchra es amica mea: suauis et decora: sicut hie-
rusalem terribilis: ut castron acies ordinata. Pulchra et
amica suauis et decora: sicut hierusalem synagoga est prehabet
quis ad sancta iuris euangelia aliquando conuersa sicut ec-
clesia sectabitur. Hierusalem quippe visio pacis interpre-
tatur: per quam bene sancta ecclesia figuratur: quod dum in mundo sep-
tum, iij.

Expositio bti Gregoris pape

pressuram patitur viam fastidiens: que sit pax patrie celestis currendo contemplatur: confidens in eo qui discipulis suis dicebat. In mundo quippe pressuram habebitis: sed confidite ego vici mundum. Digna autem synagoga conserva sicut hierusalem pulchra et amica suavis et decora dicunt: a quibus pulchritudinem morum accepit ut placeat: exercitum sancte operationis colli git: ut in amicitia habeat: suavitatem mansuetudinis disciret permaneat: decorum conversationis ostendit: ut per exemplum trahat. De qua consequenter dicitur.

Textus. Terribilis ut castrorum acies ordinata. **N**on enim expertis est cum in procinctu contra hostes vadunt: nisi strictim et concorditer graduntur: ab hostibus contra venientibus timentur: quod dum in eis aditum per scissuram non aspiciunt: qualiter eos penetrerent: hesitates non sveniunt. Illorumq; hoc impenetrabile munimentum efficitur: quod discorditer ordinati seipsis semetipsos tuerintur: dum enim de seipsis sibi vallum efficiunt: intrandi aditum hostibus non derelinquist: et ne occidentur apperit ipsi facilis occidit. **S**ic i. multitudine fidelium contingit quod dum contra malignos solis pulsare non desinit: necesse est ut pace charitatis costringantur: quo salua sit. **S**i enim pacem tenet terribilis hostibus apparuit. **S**i per discordiam scanditur vindicta ab hostibus leuiter penetratur. Pace se itaque muniat: unitate se viciat: charitate se uniat ut dum in seipsa per scissuram damnum non patitur: ducem suum semper exultans: sine confusione sequatur. In pace quippe oculus mentis mundatur: ut in ipsam beatitudinis visionem intendatur quam nemo sicut est in hac vita conspicit: orum impossibile est patria tenere deinceps in exilio unusquisque nostrum gemit. Ideo sancte anime inarcenti inhianti propinquanti sponsus responderet dicens. **T**extus. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. **O**culos ad sponsum tendimus: dum intimi nostri ad videndum christi beatitudinem aliquantulum aperi mus. Sed oculos auertere precipit imur: ne videlicet asperre eam sicuti est quantius videamus arbitremur. Ipsi enim oculi eum auolare fecerunt: quia quo amplius vides sur eo magis invisibilis esse cognoscitur. **E**t a nobis auo-

Sup cantica canticorum. Ca. vi.

lat: quia quantumcumque ictu mentis apprehensus incōprehensibiliter super omnem conatum nostrum se exaltatum esse manifestat. Oculi quippe mentis quasi hoc efficiunt: ut auolet: quia per hoc tantillum quo videtur valde longinquus: et auolans a nobis sicut dictum est apparet. Sequitur.

Textus. Capilli tui sicut greges caprarū q̄ ascenderunt de monte galAAD. Dentes tui sicut greges tonsarum ouū que ascenderunt de lauachro. Omnes gemellis feribus: et sterillis non est inter eos. Sicut cortex mali punici sic gene rae absq; eo quod intrinsecus latet. **H**ec omnia dicta de ecclesia superius ut potius exposuim⁹. Ideo nūc de synagoga eadem replicare deuitamus: vnum est tamē qđ non simiter repetitur quia ibi sicut fragmenta mali omnis ei hic autem sicut cortex mali punici dicitur. Quo nihil aliud designari puto nisi sanguinem nostrum qui sub antis christo mouentur: et vnitatem fidelium quia multi iudeorum stringentur. In cuius constantia dum sanguinis effusione patientur fidei tribulacione quasi corticis rubore contabuntur. Sequitur

Textus. Sexaginta sunt regine et octoginta cōcubine: et adolescentularum non est numer⁹. **Q**uid p̄ reginas: nisi sanctiorū ale designantur que dum corpora sua prudenter regunt: et alijs p̄sumuntur: regnum sibi eternum acqrunt. Sunt enī nonnulli in sancta ecclesia qui carnē suā macerāt: propter deum affligunt: vicia vincunt: demones velut tyra nos sibi subiiciunt omnes motus suos ut ordinate currant: sapienter regunt: alijs predican hoc quod ipsi faciūt multos a fauibus demonum gladio verbi pugnantes abstrahunt. Quid huiusmodi anime nisi regine existunt: que du regem christus sponsum suum valde diligunt: amoris commixtione et libidinis execratione regios filios. i. fideles populos gignunt. Quibus omnibus beatus petrus dicebat. Vos autem genus electum: regale sacerdotiuſ: gens sancta: populus acquisitionis. Sed regine .lx. esse perhibentur. Denarius quippe numerus per senarium multiplicatus in .lx. completur. Et quid per denarum nullū decē precepta legis: Et quid p̄ senariū nullū labor huius vite signat

dd. iij.

Expositio bti Gregorii pape.

Ser enīz diebus qd necessariū est operamur: t in septimo quiescere per legem iubemur. Bene ei go. lx. regine dicūtur: quia dum decem precepta in hoc seculo operant: seculum autem hoc sex diebus operatoriūs euoluīt: in eis qua si per senarium numerū replicat. predican enim quicq. x. precepta legis: in quorum operatione se exercent in temporalitate huius corruptionis. Sex igitur decies vel. x. ser tūs multiplicarēt: quia in universale hoc tempus in explēda x. precepta legis spiritualiter esse transgredientum operibus suis manifestant: t vbo predicāt. Quoꝝ laudē in hoc mundo aliquā reprobi aspiciunt: vt similiter laudēt: vel vt ali quod cōmodum in hac vita quomodo cuius adipiscant: t ipsi per semetipos predicatorēs sunt. De quib⁹ bene subdit.
¶ Tertus. Et octoginta concubine. ¶ Concubine quippe non vere sed sicut dños diligunt: et ab eis nō posteritatem filiorū: sed presentiam expetunt: nec continentiam exercent: sed libidinem explorare concupiscunt. Sic si falsi predicatorēs in ecclesia existūt: qd dum non christum: sed lucrus vel laudē diligunt nō spiritualiter t caste: sed carnaliter t libidinose xp̄o se iungunt. Bene ergo concubine vocantur: quia christum quē pdicāt: non spiritu: sed carne sectantur. De quibus apostolus paulus dicebat. Multi enim ābulat quos sepe dicebā vobis: nunc autem t flens dico inimicos crucis xp̄i: quorum finis interitus quorum deus venter est. De quibus ipse idem ait, huiusmodi non seruiunt dño iesu: sed suo ventri. Que tamen concubine bene. lxxx. esse dicūtur quia et si toto corde terrena diligunt celestia tamen loquunt. Octonarium quippe numerū p denarium ducim⁹ t ad octoginta venimus. Per decem autem decalogus sicut dictū est significatur. Per octo vero resurrectio quia octauo die redemptor noster resurrexisse probatur. predicatorēs vero et si falsi sunt per desiderium: scripturā tamen diuinam et resurrectionem quam credimus manifestant per verbum. Si enim aliud predicarēt: predicatorēs inter christianos non essent de quibus in euangelio ait. Super cithedram moysi sederunt scribe et pharisei que dicunt facite: que autem faciunt facere nolite. Sed quia et falsoūm verorum predicatorū exhortatione plurimi ad fidem

Sup cantica canticorum. Ca. vi.

veniunt et cum electis multi intrant quia ad sortem electorum non pertingunt ideo subditur.

¶ Textus. Et adolescentularum non est numerus. ¶ Tunc enim scriptum sit adolescentia et iuuentus vana sunt. Quid per adolescentulas has nisi vagas animas intelligimus? que dum vana huius mundi sectantur que diligunt numeros electorum excedunt. De quibus per psalmistam dicit. Anzunciani et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Quod enim electorum numerus apud deum sic constitutus manifestat apostolus Paulus qui ait. Non est dominus quis sunt eius. Et per semetipsum dominus ait. Ego scio quos elegerim. Quos quia non imperfecte scit sed perfecte nosuit: procul dubio et numerum in quo eliguntur cognoscit. De quibus per paulum dicitur. Quos enim prescivit et predelinquit conformes fieri imaginis filii sui. Bene ergo adolescentiarum non est numerus: quia dum per vanitatem quam diligunt in numerum electorum non currunt extra remanentes quasi in cognitionem diuinam non veniunt. Quibus ipsa vita in futuro iudicio dictura est. Ne scio vos discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Sed dum reprobi mundana querunt et multiplices cupiditates sibi dividunt: scita quilibet alia in numeris electorum se strigit: multas vider fastidiens viuum quod non videt ardenter appetit: quod deinde non tenet in fide se nutrit: in charitate se levit. Et dum id quod viuum et id ipsum est sequitur: de huiusmodi multis una ecclesia efficitur de qua persponsum dicitur. ¶ Textus. Una est columba mea: perfecta mea: una est matris sue electa genitricis sue. ¶ Mater nostra est regeneratrix gratia apud quam una columba elititur quia illi los solos colligit: qui in simplicitate permanent et ab unitate non scanduntur. Multi quippe fideles dum in id ipsum incedunt. Dum uno desiderio christi se unicum nutrunt: dum habentes cor unum et animam unam in charitate se vivunt ex multis membris viuum corpus efficiunt. Omnesque in unitatis simplicitate viventes una columba existunt: que sola perfecta et electa genitrici sue dicitur: quis extra hanc solas gratias auerente nutritur de qua bene subditur.

dd. iiiij.

Expositio bti Gregorij pape.

CTextus. Viderunt eam filie syon et beatissimam predicatorum
uerunt et regine et concubine laudauerunt eam. **S**yon filie
sunt ecclesie: que dum vitam eternam in hac carne contem
plantur: a peregrinante ecclesia ad regnante ecclesiam eri
guntur. Vident filie syon columbam et beatissimam predicatorum
quia sancte anime dum virtutes ecclesie spectant in laude
primum: et ad eius beatitudinem inhiant. Sancta quippe
ecclesia a gratia genitrici nutritur: dum fide eruditur: car
ne sui sponsi pascitur sanguine lauatur: scriptura divina fa
ginatur. Huiusmodi robusta nutrimentis demones expu
gnat: vita suffocat: carnem domat spiritum roborat: vita
expectat. Hec omnia quicunque aspergit recte in admiratio
nem plenus assurgit: ei beatissimam pronunciat quod videt ad
quam gloriam per tot virtutes exurgat. Cum reginis et
concubine laudent quia et si operibus falsi predicatorum exi
stunt sermonibus tamen eadem que et veri populis ostendunt.
De quibus ipsa veritas dicit. Populus hic labijs me hono
rat: cor autem eorum longe est a me: quod aperite manife
stat dum iterum dicit. Dictis consententur se nosse deum fa
ctis autem negant. Sancti enim viri dictis et factis deus co
sententur quia quod credunt faciunt et ad bona que faciunt
etiam alios sermonibus et exemplis trahunt quorum virtu
tibus aduersarij ad fidem excitantur dum in eis et puritate
fidei et constantiam operis admirantur. Unde et synagoga
ad fidem erigitur cum in ecclesia que sunt merita fidei: ad
mirans contemplatur dicens.

CTex. Que est ista: que prereditur quasi aurora pulchra
ut luna: electa ut sol: terribilis ut castrorum acies ordinata.
Eccllesia sancta quasi aurora consurgens in iudicio ult
mo prograditur quia relectis tenebris corruptionis incor
ruptionis claritate innouatur. Que benevit sol electa dicit:
quia ad eandem gloriam perducitur ad quam caput eius
christus qui sol iustitie est esse prohibetur. Unde est quod
idem sol ait. Volo pater ut ubi ego sum illic et minister me
us sit. Quod tamen et de membris eiusdem ecclesie adhuc
in hac carne viuentibus intelligi potest. Sunt enim nonnulli
qui magna intentione que sunt tormenta reproborum aspi
cunt et que sunt facta sua sine palpatione examinare con
-

Super cātica cātīcorū. Ca. vi

tendunt diuīs se peccasse cognoscunt: et per hoc ire ad re proborum tormenta pertimescunt subito tenebras iniquitatis derelinquent et luce iusticie accendi concupiscent: mox ad sanctam operationem consurgunt: et per bona que faciunt clarere quibusq; proximis incipiunt. hi procul dubio velut aurora consurgentes progrediuntur nunc alijs lumine sancte operationis resplendescunt de qua bene subditur.

¶ Textus. pulchra vt luna: electa vt sol. ¶ Luna quippe dum noctem illuminat caligantibus oculis iter per quod homo gradiatur demonstrat. Sic nimurum queq; omnia que tenebras dimittit et in sanctam operationem se extensit: dum exemplum bene operandi tribuit proximis qualib; lucem tenebrecentibus oculis spargit. Dum enim peccantes quiq; bonum opus aspiciunt: et ad ibidē faciendū se convertunt quasi errantes in nocte per lumen lune ad viam redeunt. hec itaq; anima dum peccantibus bona exempla prebet quasi luna in nocte lucet. Dum vero magis ac magis crescit et de die in diem per consuetudinem operis lumen iustitiae tam perfecte accipit ut etiam bonis exempla imitationis prebeat que prius solis peccatoribus imitanda apparebat profecto iam luna sol efficitur: quia que in nocte errantibus nunc lucebat: modo in die ambulantes lumen veritatis manifestat. hinc est quod sequitur. Electa vt sol de quo bene subditur.

¶ Textus. Terribilis vt castorum acies ordinata. ¶ Hoc quia iam dictum est iterum non necesse est exponere sic videatur fastidium generari. Sequitur. Ergo sponsus et causam dicit. vnde tanta virtus in ecclesia excrescere possit. Utilitatione quippe renouatur: et quod in ea tenebrosis est respectione eius illuminatur. Et hinc est quod subdens ait.

¶ Textus. Descendi in ortum nucum vt viderem poma conuallium: et inspicrem si florissent: et vinee et germi- nassent mala punica. ¶ Quid per nuces nisi perfectos quos intelligimus: qui dum diuinam sapientiam intra corpora sua retinuerint quasi nucleum in fragili testa portant. Sunt enim complures in ecclesia qui assidue diuine scripture intendunt et suavis sit dominus gustantes amplius gusta re concupiscent sancta gaudia in corde ruminant: et rumi-

Expositio bti Gregorij pape.

nantes magis ac magis connalescunt: et tamen foris nescie-
tibus eos viles apparent quia ignoratur quod dulcem in suis
interioribus cibum portent. Quid isti: nisi nuces existunt:
qui nuclei dulcedinem intus ferunt: exterius vero carnis vi-
litatem pretendunt. De quibus fuit apostolus qui dicebat
Habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus. Ortu*s* igi-
tur nucum corda sunt sanctorum: qui dum deum valde di-
ligunt celestem dulcedinem in intimis gerut: unde in psal-
mo scriptum est. Quam magna multitudo dulcedinis tue
domine quam abscondisti timentibus te. Sed quid est quod
in ortu*s* nucum sponsus descendit ut poma videat: cum po-
tius nuces videre debeat. Ueruntamen sciendū est quod maxi-
me corda perfectorum visitat: eisq; benignitatis sue suau-
itatem manifestat ut per eos ad infirmiores postmodum ye-
niat: et ictum in augmentum iustitie profecerunt: per illos
cognoscat unde scriptum est. Dominus de celo prospexit su-
per filios hominum ut videat si est intelligens aut requi-
rens deum. Dum enim diuina bonitas corda perfectorum
illustrat eosq; ad curam proximorum per charitatis sollici-
tudinem instigat: quid hoc est aliud nisi quod ad ortu*s* venies
poma conuallis per illos quibus presidet propiciat. Tunc
enim dominus videre vel cognoscere dicitur cum sanctos
uos quos illustrat ad videndum exhortatur. Sed quid est
quod non poma montis sed poma conuallis ut videat descen-
dat: nisi quod illis respectum sue miserationis tribuit. De
quo per psalmistam dicitur. Quoniam excelsus dominus et
humilia respicit et alta a longe cognoscit. Et ipse dominus
per semetipsum ex voce prophete dicit. Super quez requie-
scit spiritus meus: nisi super humilem et quietum et tremen-
tem sermones meos. Sequitur autem sponsus et dicit.

CTer. Et inspicere si floruerint vinee et germinassent
mala punica. **V**inee florent quando in ecclesijs filii recē-
ter in fidē generant et ad sanctā cōuersationē quasi ad fru-
ctus soliditatem preparant. Mala punica germinant quā-
do perfecti quicq; exēpla sua prīmos edificant et in nouita-
tem sancte cōuersationis per predicationem et bonorū ope-
rum ostensionem inuitant. Illud quippe malū punicū ide-
licet aplūs paulus germinauerat qui dicebat. **I**llioli mei

Sup cantica canticorum. Ca. vi

quos iterum parturio donec formetur christus in vobis. Sic in sancta ecclesia agitur ut per bonos mali conuertantur perfectos imperfecti nutriantur donec et ipsi ad perfectiones veniant: et infirmos quosque sicut ipsi producti sunt ad meliora producant. Hos christus ecclesie sponsus visitando perspicit: respiciendo corpus sanctum conuigit: quia ideo corpus infirmitatis assumptum cognoscitur: ut in corpore sue claritatis tota simul ecclesia transformetur. Unde beatus paulus ait. Qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Hec omnia in fine mundi synagoga tandem excitata percipiet: et se tam diu ignorasse reprehendit dicens.

¶ Textus. Nesciui anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab. ¶ Ac si diceret. Tot virtutes in sancta ecclesia fieri videns quare in tanto tempore non percepit: quare incredula persistit: cur tam diu per infidelitatem meam in tenebris ignorantiae remansi: sed propter quadrigas aminadab conturbatur: quia quandoque per predicationem christi ad fidem suscipienda excitatur. Aminadab enim spontaneus populi mei interpretatur. Et bene proculdubio christus ille a patre spontaneus populi mei dicitur: quia cum a spontanea charitate ad populum salvandum descendit: et ut hos morte eleuaret pia voluntate et benigna gratia mortem in cruce suscepit. Unde et ipse ad patrem ait. Vos voluntarie sacrificabo tibi. Et unus ex redemptis ad christum loquens aiebat. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua. Propter quadrigas ergo aminadab. Synagoga conturbatur quia quando tandem quatuor christi euangelia in mundo currentia in cordibus hominum seruicia per fidem contemplantur: mox in tenebris sue infidelitatis confunduntur et ab orta confusione salubri ad penitentiam conouerterunt. Cui ecclesia benigne loquitur dicens.

¶ Textus. Reuertere reuertere sunamitis reuertere reuertere ut intuemur te. ¶ Sunamitis quippe captiuia interpretat. Sunamitis ergo ut reuertat vocat quia synagoga in fine mundi fides ab ecclesia offeret ut dignitate rustica accipiat: quia sub infidelitatis iugo a demonibus captiuata. Et bene quater reuerti ammonet quia in quatuor mundi

Expositio bti Gregorii pape.

partes iudei dissipari sunt sicut predictum est per prophetam. Si fuerit numerus filiorum israel velut arena maris reliquie salve sient. Reuertatur ergo sunamitis ut eam insueamur. Item synagoga ad fidem conuertatur ut impre-
sentia omnibus ostendat quod malum fecerat quando de-
suum in cruce configebat. Sed protinus cum ecclesia fidei
synagoge intueri appetit: sponsus congratulando quasi in-
terrogans respondit et dicit.

Capitulum. vii.

Quid videbis in sunamite: nisi choros castros
Castra quippe militantium sunt. Castra
ergo in sunamite videbuntur: quia pro fide
quam modo impugnat tunc robuste contra in-
fideles alias perfidos prelibabitur. Sed quia
hoc per sanctam ecclesiam fieri ut synagoga conuertatur:
qua sermonibus et exemplis predicatorum conuertetur
ad fidem: ideo iuste ad laudem sponsus se conuertit
dicens.

CTextus. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis
filii principis. **C**filia principis sancta ecclesia dicit: quia
predicatione christi in vitam nouam regenerantur quod per
divinitatis potentiam omni creature quam condidit prin-
cipatur. Quid sunt autem calciamenta ecclesie nisi exem-
pla precedentium patrum quibus in via mundi huius mu-
nitur ut per omnes tribulationes que exurgunt confiden-
ter calciata gradias. Unde paulus dicit. Calciati pedes
in preparatio euāgeliū pacis. Calciamēta quippe de mor-
tuis animalibus sunt. Et nos pedes spiritualius calciam⁹
quando a patribus sanctis carne mortuis exēpla sumim⁹:
ut ad eorum similitudinem in mūdi huius tētationes expugne-
mus. Potest tamen intelligi quod ecclesia calciatur quando
in predicatione sua ad perferenda insurgentia mala mor-
te christi munīt. pulchri ergo sunt sponsae gressus calciate
que filia est principis quod corā diuinis oculis placet officiū cu-
mūlibet electi secundū exēpla patrū pdicantium. Sequit.
CTextus. Junctura femorū tuorum sicut monilia. **C**Per
duo femora sponsae duo populi ecclesie: per iuncturam fe-

Sup cātica cāticorūz Ca. vij.

morum concordia designantur predicatorum quibus populi vniuntur dum ad fidem catholicam circumcisio et prepucium erudiuntur per eos. Qui ut monilia existunt: quia dū in sapientia qua resurgent sancta opera que faciunt quasi in auro lapides gerunt. De quibus sequitur.

Textus. Que fabricata sunt manu artificis. **M**anu artificis monilia fabricantur: quia opera xpī predicatorum pulchri et utiles efficiuntur. Sequitur.

Textus. Umbilicus tuis crater tornatilis nisi indiges poulis. **U**mbilicus etiā sanctorum predicatorum ordo est: qui bene crater esse dicitur quia dum per eos populū eruditur: vino spirituali ipsorum officio ebriatur. Quibus ne tornatilis nuncupatur quia iuxta mores vniuersos hominū necesse est ut lingua predicatoris volvatur. Qui post pullos non indiget quia q̄ alij preponit: necesse est ut absit dantius ceteris bibat et plenus quod dat continueat. Sequitur.

Textus. Venter tuis sicut acerius tritici vallat⁹ lilijs. **P**er vētrem populi latitudo designatur: qui bene sicut acerius tritici lilijs vallatur quia dū operibus sanctis intendens in celeste horreum preparatur exemplis sanctorum ut perseveret. Unde munitur de quibus iterum dicitur.

Textus. Duo vbera tua sicut hinnuli capree gemelli. **D**uo vbera tua populi existunt: quia dum in amore fraterno semper vivunt se inuicem lacte pietatis in charitate nutrunt. Qui bene duo hinnuli capree gemelli nominantur: quia dum per predicationem synagoge inside geniti eius scripturis nutruntur in spe eternitatis intendentem quasi in montibus concordes pascuntur. De quibus predicatoribus sequitur.

Textus. Collum tuum sicut turris eburnea. **C**ollum sponse sicut turris eburnea dicitur: quia predicatores ecclesie: et alti per contemplationem et fortes per sanctorum operis exercitationem et preciosi per diuinā sapientiā habent. De quibus iterum dicitur.

Textus. Oculi tui sicut piscine in esebon que sunt in porta filii multitudinis. **E**sabon cingulum meroris interpee-

Expositio bti gregorii pape.

tatur. Oculi ergo sponse sicut piscine in ezebon dicuntur: quod dum de peregrinatione sua contristantur lachrymis se lavant ut per eos populi conuenienter coram deo mundantur. In porta autem filie multitudinis sunt quia in fide stant quam ecclesie multitudinem ad celestia introducunt. Sequitur.

¶ Textus. Nasus tuus sicut turris libani que respicit contra damascum. ¶ In naso odoris discretio habetur per nam ergo discretio predicatorum designatur quia per eos nobis virtutum odores: et viciorum fetores demostrantur. Sed nasus sicut turris libani existit quia dum scelus predicatorum aqua baptismatis lauantur: et quotidie lachrymis a peccatis que contra deum commiserunt dealbantur: digni sunt ut ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra damascum respicit: quia peccatoribus semper sanctus quilibet predicatorum contradicit. Damascus qui propter sanguineus interpretatur in peccatrici genti dicitur. Manus tue plene sunt sanguine. Sed quis de membris dixit dignum est ut de capite loquatur. Ideo subditur.

¶ Textus. Caput tuum ut camelus: et come capitis tui ut purpura regis iuncta carnalibus. ¶ Caput ecclesie christi qui bene ut carmelus dicitur: quia ipse per passionem quam sustinuit: ad gloriam patris est exaltatur. De quo scriptum est: Et erit in nouissimis diebus preparatus mons dominus domini in vertice montium. In carmelo quippe helyas oras obtinuit pluviani. Et nos in carmelo orantes pluviam impetrerimus quoniam in christum credentes christum desideramus et a patre irrigationem gratie suscipimus quia rogamus moraliter autem caput sponse meus vocatur: quia sicut a capite membra sic a mente omnes cogitatus nostri disponuntur. Carmelus autem scientia circumcisionis interpretatur. Caput ergo sponse ut carmelus esse perhibetur: quia quelibet sancta mens non sit quicquam digne circuncidata nullum: quod nihil quicquam est in corpore agitur si mens imunda fuerit que templum christi si efficitur quod et ab ipso inhabitabit. Quod quia pharisei non agebant ideo dicebat beatus Stephanus eis qui eum occidebant. Dura ceruice et in-

Sup cantica canticorum Ca. vii.

circuncisi cordibus et auribus semper restitutis spirituis an-
cto.

Textus. Come autem capitis eius ut purpura regis sueta
canalibus esse memorantur. **E**p purpura quippe per fasci-
culos in canalibus ligatur super quos dum aqua proiecitur
per canales ad vestem que supposita est currat ut vestis tin-
gatur et inde nomine accepit ut tincta colore purpureo pur-
pura vocetur: que omnia sancte menti congruunt si intel-
ligantur. Come quippe capitum sunt cogitationes mentis
que in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis ne in-
utiliter fluant ligantur: quia dum in cogitationibus sans-
kte mentis gratia celestis suscipitur et totam animam in ce-
lestis ornamenti componit: ita ut sibi tota anima in vita eter-
na in ardescat: et ad eternum sponsum etiam per sanguinem mar-
tyrum pergere concupiscat. De tota quisque ecclesia. Paulus
dicit. Qui exhibuit sibi ecclesiam vestem sine macula et ru-
sa. Et de singulis ecclesie fidelibus dicitur his omnibus
velut ornamento vestieris. Sic tincte ergo sic pulchre: sic
purpuree facte spouse ad gaudens sponsus loquitur dices.

Textus. Quam pulchra es et quis de cora charissima in
delitiis. **C**oncordumque charissima est in delitiis quia ad charita-
tem et ad familiaritatem Christi non peruenit quisquis scri-
pture sancte delitiis abundare non contendit. Inde enim
dicitur. omni habenti dabitur et abundabit: ei autem qui
non habet et quod videtur habere auferetur ab eo. his enim
delitiis qui abundant reficitur his reiectus assidue ad ma-
iora percipienda preparatur. Unde et huic spouse charis-
sime dicitur.

Textus. Statura tua est assimilata palme et ubera sua
botrys. **C**palma quippe dum crescit deorsum stringitur et
sursum dilatatur. Sic sancta anima ab imis ad minimis in-
cipit et paulatim ad maiora crescendo usque ad amplitudinem
perfecte charitatis peruenit. Nemo enim sicut scrip-
tum est repente fit summus. In psalmo autem de iusto ho-
mine dicitur. Justus ut palma florebit. Uberta autem spos-
e duo precepta charitatis existunt que animam quam pos-
sident vino celesti inebriant et nutrunt. Pot tamen per palma

Expositio bti Gregorii pape.

cruce christi intelligi. palma iam in sublime valde cresces
dulcissimos fructus gignit et crux christi celeste cibum no-
bis preparauit. Cui statura sponsa assimilatur quia pro chri-
sto non dubitat quisquis christum valde diligens digne imita-
tur. De palma sequitur Sponsus dicens.

CTextus. Dixi ascendam in palmam apprehendam fru-
ctus eius. **D**ixi vere et ascendit quia sicut ante secula pro
morte nostra mori dispositus sic in fine mundi propicius: et
verax adimpleuit. In palmam ergo ascendit et fructus eius
apprehendit: quia in cruce suspensus fructum vite inuen-
nit ac apprehendit et nobis tribuit. Unde adimpletu est quod
Sequitur.

CTextus. Et ubera tua erunt sicut botri vinearum. **C**uere per
crucem ubera sponsa sicut botri vine existunt: quia in morte
christi duo precepta charitatis sensus anime suscepimus
quibus pasta anima debretur: debilitata posteriora oblitio-
scatur et in anteriora extenditur. His uberibus etiam proximi
nos nutrit ac robustos secum ad ea que concupiscit perdu-
cit. unde scriptum est. Qui audit dicat venit. Sequitur.

CTextus. Et odor oris tui sicut malorum. **C**Mala punica
de quibus superius tam sepe dictum est hic rememoratur.
per quorum odori odor oris sponsa satis assimilatur. Per
malas autem punica martyres designari diximus. Per os au-
tem sponsa hic debere intelligi eius predicationem puta-
mus. Que dum virtutes martyrum predicant dum ad eorum
similitudinem animos audientium instigant dum in unius
predicatione fidei multas virtutes esse manifestat: quid si
liuidusque malorum odorem in ore portat: quia et ruborem cor-
tis in martyrio ostendit quod predicit: et in virtutibus mul-
titudine granorum sub eadem fide quasi sub eodem corti-
ce demonstrat. de quo et subditur.

CTextus. Guttur tuum quasi vinum optimum. **C**In gut-
ture quippe nihil est. Per gutture ergo ipsa predicatione ite-
rum designatur que quasi vinum optimum esse dicitur: que
mentes hominum inebiat ut preferitorum sicut diceuntur: est
obliviscantur: et in anteriora currentes non lassentur de quod
sponsa verbum de ore sponsi suscipiens. adiungit.

CTextus. Dignum dilecto meo ad potandum labi scimus et

Sup canticā canticorū Ca. viii.

dentibus illius ruminandum. ¶ Tale est sponsus vīnum ut
dignum sit dilecto ad potandum quod dī sancta ecclesia fidē
veram predicat. dī auditores suos ad sancta opera excitat
dī solus xp̄m diligere imitari amplecti bonum esse verbis
et operibus demonstrat. quid alia q̄d vīnum suum dignū
facit: ut in ore sponsi dulce sapiat: qd bene xp̄s potare dici-
tur quia a corpore suo a populis fidelibus amabiliter po-
tatur. De quo notandum est q̄ omnes potant sed labia so-
la et soli dentes ruminant: qd dum ecclesia per sanctos suos
predicat omnes quidem audunt sed non omnes quanta sit
virtus sententiarum que dicuntur discernunt. Labia vero
et dentes ruminant: qd dum perfectiores quicq̄ post auditū
verbū ad memoriam reuocant: dī auditā queq̄ exercita-
tionē assidue cogitant: q̄s ad eos reuocantes q̄ sumpserūt
quāta sit virtus sibi quē coederūt sentiunt. Idcirco in lege
scribitur quia animal quod non ruminat imundum habe-
tur quia quisquis bona que audit siue legit non recogitat
vacans a sanctis cogitationibus necessario immundas con-
gregat. Sequitur sponsa et dicit.

¶ Textus. Ego dilecto meo et ad me cōuersio eius. ¶ Ac
si diceret. Quoniam fide ac dilectionē soli christo adhereo
solum sequor solum cum patre et spiritu sancto unum deum
videre concupisco respectionis eius suavitatem visitatio-
nis benignitatem. conuersationis dulcedinem gaudenter
experior: experiens proclamo.

¶ Textus. Ueni dilecte mi egrediamur in agrum commo-
renur in villis mane surgamus ad vineas: videam⁹: si flo-
runt vineas: si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala
punica. ¶ Dum sponsa sponsi dulcedinem experta se refi-
cit. De proximo etiā cogitat quem ipsius sponsi precepto
sicut se diligit: et quia sponsi precepta intelligit etiam ut
alij intelligent concupiscit dicens. Ueni dilecte mi egre-
diamur in agrum. Ager quippe teste veritate est hic mun-
dus. In agrum vero cum sponsa sponsus egreditur: quan-
do verbum dei carne suscepit in thalamo virginis i mun-
do monstratur in villis commoratur: quando gentes per
fides visitat quam recipientibus largitur. Mane ad vine-
as surgit: qd post resurrectionem suam in gloriā p̄is sedes

ee.i.

Expositio bti gregorii pape.

ecclias quas construit etiam defedit. Si floruit vinea consupicit: qr omnem perfectum ecclie districto examiné perpendit: videt si flores fructus prurunt: qr prospicit ad quē profectum quicqz teneri et imperfecti ex crescunt. Videl etiam si floruerunt mala punica quia perfectos quosqz respicere et quid utilitatis in proximis habeant quasi in floribus fructum arborum cognoscit: de quibus bene sequitur.

CTextus. Ibi dabo tibi ybera mea. **C**In malis punicis dat sposo sponsa ybera quia i perfectis viuit charitas gemina ex qdum infirma membra in ecclesia nutritur: quasi xp̄m lactant quem in minimis suis esse presentem cognoscunt. De quibus bene sequitur.

CTextus. Manda gora dederunt odorem in portis nostris. **C**Quid per mandagoras herbam scilz medicinales et odoriferam: nisi virtus perfectoz intelligitur: per quam perfecti quicqz dum imperfectorum infirmitatibus medentur: in fide quam predican in portis ecclie veri medici eē cōprobātur. Qui dū exēpla bonorum operum circunquaqz per sanctam famam tribuunt: quasi odore quo egroti sanitas aspergunt. Sequitur.

CTextus. Omnia poma noua et vetera dilecte miseraui tibi. **C**Hic per poma sensus scripturarum sanctorum intelliguntur: que dum ex patribus sanctis ad nos vsqz pne- nunt et creduntur: ex arborebus poma exurgunt: quibus animo delectantur. Omnia ergo poma noua et vetera dilecto suo seruat: qr si nouum testamentum ecclesia catholica recipit ut vetus non abijciat. sic vetus veneratur: vt nouum semper in ipsis sacrificijs carnalibus per spiritum intelligat: in nouo scilicet christum venisse congaudens in veteri autem semper venturum expectans et dicens.

Capitulum. viij.

Quis mihi det te fratre
meum suggesteret ybera matris mee: et innueniam te foris et deosculer te iam me' nemo despiciat. **C**In veteri lege ecclesia posita est xp̄m expotabat: et in secreto patris manente foras venire:

Sup cantica canticorum Ca. bsis

per carnem ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Unde et daniel desideras dicebat. Erurge et ne repellas in finem. Et alibi. Inclina celos tuos et descende. Et esaias valde cupiens eum videre dicebat. Utinam disrumperes celos et descenderes. Vult ergo sponsum foras sponsa inuenire et deosculari: quia concupiscit sub lege posita: et per carnem appareat: ut per amorem ei seruat cui prius non accepta gratia plus timore quam amore seruiebat. Post cuius osculum et neminem despicit: quia postquam christus venit et fidelibus suis spiritum libertatis infudit: ab ipsis etiam angelis ecclesia honoratur. hinc est quod iohannes angelum adoravit: iohanni vero volentis adorare dixit. Vide ne feceris conseruus tuus sum: ut unus fratum tuorum habentium testimonium iesu Sed quia venientem ecclesia suscepit synagoga repulit: que iterum eum in fine mundi suscipiet et amabit. Ideo subsequitur ecclesia et dicit.

CTextus. Apprehendam te et ducam in domum matris mee: et ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino conditum et mustum malorum granatorum meorum. **C**Apprehendum in domum matris sue ducit quia synagoga in fine mundi christum in quem credit predicabit. Dumque per predicationem ecclesie susceptus fuerit ibi ecclesiam docebit: quia se doceri gaudebit quando synagogam iam idem corpus factam erudiri secum videbit poculum ex vino conditum ecclesia dabit: quia ipsi synagoge nouum testamentum cum veteri predicabit: et quasi vino poculum condient quia dulcedinem euangelij testimonialis legis quam aspersa est ut robustius teneatur tingit. Mustum vero malorum granatorum suorum tribuerit: quia fortium virorum qui unitatem ecclesie est in martyrio tenerunt: exempla apponet ut ad eorum similitudinem synagoga inardescat: et antichristi persecutionibus martyrio perductam roborata non succumbat. Cum enim fortium pugnatorum victorias audierit ad eorum mutationem pugnam subire non dubitabit Quod aperie manifestat cum subiungit.

CText. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplectit me. **C**Leua Christi vita pensans: dextera vero vita beatissima habet Caput autem nostrum spiritualiter mens esse prohibetur. Dicitur enim. ii.

Expositio bti Gregorij pape

ergo synagoga predicationibus ecclesie iam cōuersa: exēs
plis iam roborata: imitatione sublevata: leua eius sub cas-
pice meo: et dextera illius amplexabitur me: ac si diceret.
Quoniam nunc tandem ch̄risti fidem teneo. eius ineffabili-
lem gratiam experior concupiscibilem: et quam desidera-
re nesciebam dulcedinem sentio: iam terrena omnia pos-
pono: etiam ipsam vitam carnis pro eius amore cōtemno:
et ad eius beatitudinem videndam: totis desiderijs anhe-
lo. hoc quippe quod rem alīq̄ amplexititur ipsam quam
amplectitur rem rex omni parte intra se habere non igno-
ratur. Leua ergo sub capite est: et dextera amplexatur,
quando sancta anima menti ea que videt supponit: et ea
que non videt omnī conatu r̄ vniuersis cogitationibus ap-
petit. Sunt quippe modo nonnulli qui tanto desiderio ces-
lestia sectantur: vt omnia visibilia p̄ nihil reputent mētem
suam celestibus studiis sine intermissione occupent nihil
aliud agere libeat: quicquid extra sp̄ituales actionem ē ani-
mus fastidiat: hanc solam diligat: cetera contēnat: nisi for-
te ea isti necessaria cognoscat. Isti vero sub capite leuam
habent: qui mēte ercta ad beatitudinē xpi currētes vitā
presentem sub se vident. Et dextera xpi eos amplexat: q̄
ex omni parte eos dilectio celestis intra se retinēt. tuerit.
Hmōi quippe viri sancto ocio delectantur: in quo vite vī-
delectatione cōcupiscibiliter per cōtemplationē p̄ficiunt: in
qua cōtemplatione oculum cordis mundant: vt deū adhuc
etiā in hac carne positi q̄stū hūane infirmitati datū est vi-
deant: cuius visione se illuminent suauitate resificant. Isti
illā beatitudinē ī aliquantulū experimunt: de qua in evan-
gelio veritatis voce dicit. Bt̄ mūdo corde qm̄ ip̄i dei vide-
bit. Qd enim futurū est iam in eis incipit cōpleri: qz r̄ si in
hoc mundo adhuc in carne vīiunt: iam tamen per hoc qd
maius est in eis extra carnem sunt. Ab his impletur quod
per psalmistam diuina voce precipit. Vacate r̄ videte qm̄
ego sum deus. hi enim quo sine mundi strēpitu. vīiunt: eo
mentem in dei visionem per desiderium r̄ cōtemplicationē
figunt. Et qm̄ tales multi ex synagoga in fine mundi vt cre-
dimus per conversionem erunt: bene ab hmōi dictū intelli-
gitur. Leua eius sub capite meo: r̄ dextera illi amplexabit

Sup cātica cātīcorū Ca. viij.

me. De quibus et pro quibus sponsus loquitur consequenter.

Textus. Adiuro vos filie hierusalē: ne suscitatis nego eūz
Glori faciatis dilectam donec ipsa velit. Sed quia iam
illud superius exposuimus iterum exponere recusamus.
Sed de eadem synagoga iam facta ecclesia filie hierusalem que ammirantes interrogant et dicunt.

Textus. Que est ista q̄ ascēdit de deserto delitijs affluens
in mira super dilectum suu. Sancta ecclesia v̄l'quelli
bet sancta anima de deserto ascēdit quis in exilio huius
peregrinationis posita ad celestia gaudia mente r̄ cogita
tionib⁹ tēdit. Unde r̄ paulus dicebat. Nostra cōuersatio in
celis est. Delitijs affluit: quia sc̄tē scripture meditationib⁹
intendēs: celesti pabulo assidue mentem pascit super dilec
ctum innititur: qz in solius christi auxilio cōsidens: eo lar
giente ab exilio ad patriam transfertur. Ipsa quippe veri
tas omnibus fidelibus ait. Sine me nihil potestis facere.
Unde vero acceperit: vt ab insimis ad superiora a deserto
ad regū ascendere possit: manifestat dilectus cū subdit.

Textus. Sub arbore malo suscitauit te. Quid per ar
borem malum: nisi sancta crux designatur: que malu illud
sustinuit: de quo eadem sponsa in superioribus dicit. Si
cū malum inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter sis
tios. Sed sponsam suā xp̄s sub arbore malo suscitauit q̄ in
cruce positus subditā sibi ecclesiam ad vitam vocauit: vt a
sōno mortis resurgeret et cum illo se crucifigens: ad nouā
resurrectionem properaret. Unde et apostolus cuius ale
mortue dicit. Surge qui dormis et resurge a mortuis: r̄ il
luminabit te xp̄s. Et quibusdā q̄ iā surrexerat. Alibi dicit
Si cōsurrexisit cū christo q̄ sursum sunt querite: s̄z qz insi
delias synagoge cristum crucifixit. Ideo sequitur.

Textus. Ibi corrupta est mater tua: ibi violata est gen
itrix tua. Sub arbore malo violata esse ecclesia dicitur:
quia quando salvatorem suum in ligno fixit: nefando sce
lere se corruptit. Cuius sceleris magnitudinem inculpat cū
idem replicat dicens.

Textus. Ibi violata est genitrix tua. Sed quoniam
adhuc cecitas in israel facta est: vt plenitudo gentium in
ee. iii.

Expositio bti Gregorij pape.

traret. Ideo intranti ecclesie dicitur..

¶ Textus. Pone me ut signaculum super cor tuum: ut signaculum super brachium tuum. ¶ Super cor ergo et super brachium sponse dilectus ponitur: quia in sancta anima Christi ab eo diligatur et voluntate et actione designatur. Si igitur quippe sancta mens interius et exterius Christi poterat: quia dum in eius meditationibus assidue laboratum et teriora actione eum unitari non cessat: quo eius dilecta esse dubitari non debet. De quo signo ipse sponsus discipulis suis alebat. In hoc cognoscent omnes: quia vere mei discipuli estis: si dilectionem habueritis. De qua dilectione more subditur.

¶ Textus. Quia fortis est ut mors dilectio. ¶ Bene pcul dubio fortis ut mors dilectio esse perhibetur: quia dum per dilectionem a viciis mortificamur. Quod mors agit in sensibus corporis: hic agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt enim nonnulli qui sic diligunt tendunt: ut oia visibilia negligant: et dum in eterna mente tendunt: ad omnia trahant insensibiles fiant. In his nimis: ut mors dilectio fortis existit: quia sicut mors exteriores corporis sensus ab proprio et naturali appetitu interficit: sic dilectio in talibus virtutis omnia terrena desideria contemnere: mente alias intenta copellit. Hoc mortui et viuis dicebat apostolus. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Hi procul dubio vitam suam cum Christo abscondit: quia dum omnia que videmus postponunt in his que non visimur: in beatitudine scilicet Christi veraciter et secrete vivimus: quia enim falsa vita despiciunt quia visibiliter apparet: i vita vero se abscondunt que non nisi invisibilibus oculis se manifestat. Potest tamen intelligi ut hic de seipso Christo dicat inquit. Pone me ut signaculum super cor tuum: ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio. Ascendi diceret. Dignum est ut in mente et actione signum dilectionis mee meipsum tecum feras: quia in fortitudine dilectionis tue mortem subi: ut tu que mortua in infidelitate eras: mecum resurgens: in fidei nouitate spiritualiter viuas: si quia in cruce suspensus nequaquam fuisset: nisi ad magnam inuidiam cor synagoge ex arsisset. Ideo subditur.

Sup cattica catticor. Ca. bisi.

Textus. Dura vt inferus emulatio. Emulatio quippe et in bonum et malum accipit. In bonum enim accipitur sic per apostolum dicitur. Emulamini crisimata maiora. In malum autem assumitur: ubi per samuelum sauli dicit. Auferetur a te regnum: et dabatur emulo tuo. Emul⁹ quippe eius dauid dicitur: cui saul inuidere non ignoratur: dura est ergo vt inferus emulatio: quia synagoga christum ad inferos posse transmittere se putauit: eis ad mortem corde immisericorditer inuidit: vt inferus emulatio dura extitit: quia sicut inferna sine misericordia quos tenet cruciat: sic iudaica plebs christum apprehendens: sine respectu pieatis ad mortem trahebat. De qua bene subditur.

Textus. Lapa des ei⁹ lampades ignis: atq; flammaz.

Sicut ignis q; incedit & sumit: scilicet deos ab omni fidei virtute inuidie sua destruit de quib⁹ bene alibi dicit. Et nunc ignis aduersarios cōsumit. Ac si diceret. Ante q; ad eternū igne veniat: in presenti cōsumimur: quia in se ipsi ignem inuidie portant: que sine portantis cōsumtione non portatur.

Hic ignis inuidie flammaz. ptuit: quando per exempla in quibus accensus est: etiam in gentibus usq; ad christianorum martyria per mundum vniuersum excrevit. Sed quia hinc ignis inuidie: hic ignis charitatis se extulit. Ideo subditur

Textus. Aque multe nō potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obuient illam. Charitate quippe sancti vivaciter ardebant: nec quia in dei et primi dilectione mirabiliter flagrabant. Hanc charitatem aque multe extinguere nō poterant: quia q; tecum⁹ tribulationes eis fierent ad odium eos transmittere non valebant. Hinc nimurum esset extinguere charitatem si in tribulationibus quas ingeabant ad dei aut proximi odium eos humiliare non possident. Sed cum aque dicee sunt: quid rursus per flumina nisi ipsarum aqua rum incrementa et vivacitas intelligitur. Flumina quippe vias aquas solere dici cognoscimus: flumina ergo maris tribulatiōes accipim⁹: q; dū protum orbē sup martyres ebulerūt: ad extingendum charitatis igne gradi impetu cōfluxerūt. Sed q; inter flumina a deo charitatis vigor virit ita vt potius flumina consumeret q;

ee. lii. Q. 1. 1. 1. 1.

Expositio bti Gregorij pape.

se ab illis extingui permitteret. Ideo multi etiā perfectorum ad eandem charitatem se conuertebant: ita ut dimitteret quicquid in mundo possidebatur: et seipso morti darent quam patientibus crudeliter inferabant. Unde et subditur.

¶ Textus. Si dederit homo omnē substantiam domus sue pro dilectione quasi nihil despiciet eam. ¶ Cum cupiditas temerare substātie deus non diligit: quia terren⁹ amor oculum cordis sordidat ne diuina claritas videatur. Contra q̄ in euangelio dicitur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et Iohannes apostolus ait. Si quis diligat mundum non est charitas patris in eo. Nec numeris quomodo eum diligere potest quem nescit? Aut quomodo eum scit: ad quem sciendum oculus cordis clauditur. Sed homo omnem substantiam domus sue pro dilectione trahit: quando quicquid in mundo possidet pro christo distribuit: ut abiiciens quod impedit deus diligat: et terro puluere sollicitudinum oculos aperiat: ut deum videat. Et cum omnem substātiā dederit quasi nihil eaz despicit: quia postea oculum terret: et deum conspexit: in illius visione quicquid possiderant nihil impedit hoc apostoli fecerint qui nō solum possessa: sed etiam cupitavt christum sequeretur dimiserunt. Quibus ipse christus pro quo omnia dimiserant dicebat. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite. Serui inutiles sumus: quod debuimus facere: fecimus. Sed quoniam abiecta terrena substantia nō statim ad perfectionem ascēditur: quia rebus exterioribus abnegatis restat etiā labor ut idē ipse homo a semet ipso abnegetur quatinus gradatim proficiat et quandoq; perfectus nō solum se: sed et alios secum ad vitam trahat. Ideo de noua et tenera adhuc eccl̄ia: vel ynaquaq; sis p̄sequēter dicit. ¶ Textus. Soror nostra parvula est: et vbera nō haberet: qd faciemus sorori nostre in die quando alloquēda est: ¶ Sorem christi ecclesiam vocat: quia de ipsis apostolis dicebat. Ite dicite fratribus meis. Soror autem parvula: vbera non habebat: quando in solis apostolis ecclesia erat: in quibus seipsum vel alios nutrire lacte predicationis nō poterat. Quid petrus alijs predicaret: cum seipsum discipulū

Supcātica cātīcorū. Ca. bīs

lum christi in vniuersi ancille voce detestando et iurando ne
baret puma ergo ecclesia vbera non habebat: quia post
resurrectionem in vna domo inclusa: inter persecutores suos
non dico predicare: sed et videri timebat. Consequēter
ergo dicitur.

CTextus. Quid faciemus sorori nostre in die quando allo
quenda est: Allocutus est christus sororem suam quando
spiritum sanctum super apostolos misit: et eis in interiori
bus loquens illos omnes mundi loquelas multiplici distribu
tione docuit: sed a quibus hic querere intelligendus est:
qui omnia nouit: nisi a sanctis patribus antiquis quos ad
querendum spiritu sancto instigauit. Quibus eodem spiri
tu: quo in questionem eos induxit: respondet protinus con
uenienter et ait.

CTextus. Si murus est edificemus super eum propugna
cula argentea. **D**ato spiritu sancto murus sancta eccles
ia efficitur: quia que prius timida erat instruente eandem
spiritu omnipotente ad resistendum aduersariis impene
trabiliter roboratur. Quod manifestat idem petrus sub an
cilla timidus: mox contra principes rigidus quibus dice
bat. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Et iterum
Si iustum est nos potius audire q̄ deum iudicare. Et nos
non possumus que videmus et audimus nō loqui. Et de ce
teris discipulis scriptum est. Iabant discipuli gaudentes a
conspicui consilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine
Iesu contumeliam pati. Ecce qualis murus facta est eccles
ia que modo tenerrima nec pedem cuiuslibet gradientis
sine sua lessone gerit. Modo vero accepto mirabili artifici
spiritus sancto vniuersi exercitus assultantis illesa pedem
contemni superet quam propugnacula edificatur: quia vt
non tantummodo se defendat sed vt et impugnantes resi
stendo prosternat: miracula ei facere conceditur: que cum
hostes viderint ab eius aggressione facula timentes ter
reant. Que propugnacula bene argētes esse perhibentur
quia ipsa miracula cum verbi predicatione donantur. Et
quia argentum sonorum valde est metallum: argentea pro
pugnacula extundunt: quia per miracula factum est vt eo

Expositio bti Gregorij pape.

rum verba per vniuersum mundum conualeſter et ſidei predicationem inflexibiliter circinqueq; diſſunderent quod maniſtata psalmista dicens. In omnem terram exiſtieſ ſonus eorum; et in fīnes orbis terre verba eorum. Sequitur.

¶ Textus. Si oſtium eſt cōpinga mūs illud tabulis cedrīnis. Oſtium etiam bene eſſe ecclēſiam dicimus; quam ab ipſo christo potestatē aperiendi et claudendi accepisse ſcimus. Oſtium proculdubio in ſuis predicatoribus exiſtit: quia per eos aditus ad vitam ſe nobis aperit. Unde et ipſi primo paftoi ecclēſie dicitur. Quocunq; ligaueris ſuper terram: erit ſolatum et in celis: et quocunq; ſolueris ſu- terram erit ſolutū et in celis. Uel oſtium in ipſo capite ſuo exiſtit: quia ipſe de ſe veraciter dixit. Ego ſum oſtium. Oſtium vero tabulis cedrīnis compigitur: quia sancta ecclēſia fidē predicans multitudinibus populoſum decoratur: et du po- puli varijs virtutibus asperguntur: ut videlicet alijs de rebus quas poſſidet: indigentibus neceſſaria tribuat: alijs omnia abuiciens: etiam legitimo coniubio ſe abſtineat. Alijs vero tantum proficiat: ut aliorum etiam predicatoriſt anteq; pictura multis colorib; ſic ecclēſia multis diſtinctionib; honestetur: que ſanctoſpiritu conualeſcens: hilariiter responderet dicens.

¶ Textus. Ego murus et vbera mea ſicut turris: ex quo facta ſum coram eo quāſi pacem reperiens. ¶ Ubera ſua ſicut turrim habuit: ex quo pacem coram ſponſo repperit: quia poſtq; ſub ipſo ſpiritum pacis accepit predicatores contemplatione altos et robore inflexibileſ nutriuit. Sed quid eſt q; non ait pacem: ſed quāſi pacem reperiens nū q; dum in hoc mundo ſumus a peccato omnimodiſ non deſtiſtimus: et q; diu cum peccato viuimus pacem perfectam cui illo qui ſine peccato in carne vixit non. Sed q; tantillam pa- cem quam haſtemus per ipſum mediatorē dei et hominiſ tenemus. Ideo ſubdit.

¶ Textus. Uinea fuſt pacifico in ea que haſet populos: tradiſit eam custodib; ſ. ¶ Ipſe vero pacificus noſter eſ- ſe dicitur: quia per ipſum deo omne genus humanum re-

Sup cantica canticorum Ca. viii

consilium est. huic pacifico vinea fuit: quia in labore preceptorum carnaeum synagogam plantauit de qua dicitur Vinea domini sabaoth domus israel. Que vinea in ea que habet populos extitit: quia in lege posita est que multos populos ad se colligit. De quibus populis dicitur, populi imeditati sunt iustitia. Hanc vineam custodibus tradidit: quia synagogam moysi: et ceteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur.

¶ Textus. Utrum afferat per fructu eius mille argenteos. Hec vinea fructum protulit: quia ex synagoga botrus ille manus: qui de terra promissionis allatus est christus videlicet iesus per humanitatem processit. De quo fructu pater ad dauid ait. De fructu ventris tui ponam super sedem. Unde et apostolus scribit. Quorum patres et ex quibus christus per argenteos vero in hoc loco omnem terram substantiam intelligimus. De qua petrus elemosinam petenti claudio dicebat. Argentum et aurum non est mihi. Pro fructu ergo vinee vir mille argenteos afferat: quia quisquis viriliter in fide quam suscepit: seipsum omnia que habet si benti mente perfecte et omnia terrena dimittit: ut christus veraciter habeat. Millennium enim perfectus est numerus. Ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiva ecclesia illi offerebant de quibus in actibus apostolorum scriptum est. Quotquot autem possessores agrorum aut domorum erant venciebant: et afferentes ponebant ad pedes apostolorum precia eorum que habebant. Iste congregatio aliam vineam videlicet sanctam ecclesiam ex seipsis construxerunt: et ut boni agriculti sanguine suo propagauerunt et predicationibus usq; ad fines terre dilatauerunt ut iam mundum pene universum impleant et fructum locata agricolis suis temporibus redat. Unde in euangelio dicitur. Malos male perdet: et vineam suam locabit alijs agricultis: qui reddent ei fructum temporibus suis. De qua vinea iam bonis locata ipse pacificus dicit.

¶ Textus. Vinea mea coram me est. ¶ Coram ipso vinea sua existit: quia perditis malis agricultis sanctam ec-

Expositio bti Gregorii pape.

clesiam per bonos doctores: respectu benigno erudit. Cui dicit.

¶ Textus. Mille tui pacifici et ducenti: his qui custodisit fructus eius. ¶ Qui sunt isti pacifici: qui mille dicuntur esse et ducenti: nisi illi superiores argentei: quos perfecte distinximus pacem per eorum distributionem cum sanctis nobis suis acquirimus. Unde et in euangelio dominus precepit. Facite vobis amicos de mammona iniuriantis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Sed quid per ducentos intelligimus nisi duplarem retributionem quam acquisimus. Dum in hoc mundo perfecte pro christo omnia terrena contemnimus. Mille ergo et ducenti ecclesie argentei existunt: quia dum fideles quisque omnia que possident: ex toto relinquunt: et pacem sibi cum sanctis faciunt: et presentis vite remunerationem cum celestibus percipiunt. Et hoc est quod dominus in euangelio ait. Amen amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum: aut fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrem: aut filios: aut agros proprie-
ter me: et propter euangelium qui non accipierenties tam
sum: nunc in tempore hoc domos: et fratres: et sorores: et
matres: et filios: et agros cum persecutionibus: et in seculo futuro vitam eternam. Sed quibus ista remuneratio sic
duplicatur: nisi his qui custodisit fructus eius. Qui sunt autem qui fructus vinee custodiunt: nisi illi qui id sancto ope
re quod incepérunt perseverantes existunt: Opus enim ab
sancto desiderio incipitur si constantia mentis usque ad fines
non tenetur sine fructu habetur: quia immature ab hoc unde
processerat vacuatur. Ideo dominus in euangelio ait.
Qui perseveraverit usque in finem: hic saluus erit. Sequitur sponsus et dicit.

¶ Textus. Que habitas in hortis amici auscultas: fac me audire vocem tuam. ¶ Sponsa in hortis habitat: quis sancta ecclesia: vel quelibet sancta anima in fructificatione vir tutum mentem versat. Cuius vocem sponsus audire desiderat: quia in hoc summopere christo placet: ut perfectus quilibet vir infirmos quosque habeo sancte predicationis amioneat. Amici enim auscultant: quis fideles in ecclesia ut

Sup cātica cātīcorū. Ca. viij.

amicus sponsi loquitur pio desiderio spectant. Et notandum q̄ amicus est qui auscultat: quia qui deum mente integrâ diligat predicanem quem diligat libet audit. Unde in euangelio dicitur. Qui est ex deo verba dei audit. Sed quia dum ecclesia veritatem predicat: multi non intelligunt multi quod percipiunt prauo intellectu subvertunt. Ideo ammonet ut predictet. Respondit sponsa et dicit.

CTextus fuge dilecte mi: et assimilare capree hinnulogz ceruorum super montes aromatum. **D**ilectus fagit quis a reprobis cordibus se ne intelligatur abscondit. **D**u enim reprobe mentes ad audienda vel legenda syba dei peruer sa intentione accedunt: digno iudicio veritatem inuenient quam digno appetitu non requirunt. Unde et ipsa dei sapientia dicit. Querent me in ali: et non inuenient. Sed fugiens reprobos: dilectos montes aromatum petit quia persueros dimittens: sanctas animas visitare non desinit que et per contemplationem excelse sunt et per confectiones virtutum odorifera vnguenta secum fuerunt. Super hos mones dilectus capree et hinnulo et ruorum assimilatur quia in cordibus sanctorum virorum manifestatur: q̄ pia charitate humanitatē pro nobis assumptis. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit quasi exterius hinnulus sicut dictum est superius venit. Qui dum esset diuies pauperem servos ditaremur fecit: et dum esset super omnia excelsus humilitatem nostram ineffabili dignatione suscepit. Cui immensas gratias quoaduscq; vivimus reddamus cui pro nobis tradito in mortem: et resurgentis in immortalitatem nosipso: et spiritu et corpus debem⁹. Qui vivit et regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti: per infinita secula seculorum. Amen.

CFinis laus deo

Expositio bti Gregorij pa-

pe super Cantica canticorum feliciter explicit. Im-
pressa parissus pro honesto viro Johanne petit
eiusdem alme parisiensis acadamie bis-
bliopole sub Lilio aureo vici dñs
Jacobi residente Anno domi
ni Millesimo quingente
simo decimo sexto.

